





15320.

35 44. \$.

GRATIOSO VIAM VERITATIS SPIRITU  
 DOGENTE  
 DISPUTATIO JURIDICA  
 DE  
**SORTILEGIIS**

1654 82  
9

Quam  
*Permissu Magnificæ Nobilissimæque*  
*Jctorum Facultatis,*  
 Sub PRÆSIDIO  
*Viri Nobilis Amplissimi atque Consultissimi*  
**DN. DAVIDIS CICHORII,**

Lusati. J. U. D. Civitat. antiquior. Brandenburg.  
 Consulis, Scabinatusque Electoral. Brandenburg.  
 Assessoris designati.

*Patroni atque Præceptoris sui perpetuo honore pro-*  
*sequendi,*

*publice defendere conabitur*

**GEORGE WOLFGANG STEIER, DRESD.**

*In Auditorio Jctorum*  
**WITTEBERGÆ,**  
*add. Octobr. Æ. M.DC.LIV.*  
 Horis antemeridianis



TYPIS JOHANNIS HAKE

*H. Wolf*





ILLUSTRISSIMO CELSIS-  
SIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO

DNO. JOHAN-  
NI GEORGIO,  
DUCI SAXONIÆ JULIÆ, CLE-  
VIÆ ET MONTIVM, LANDGRAFIO  
THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, UTRIUS-  
QUE LUSATIÆ, COMITI DE MAR-  
CA ET RAVENSBERG, DOMINO  
IN RAVENSTEIN etc.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

S



**Q**uod, SERENISSIME PRINCEPS, rusticus ille (Cujus  
memoria tamdiu vigebit, quam diu Historicorum  
stabit fides) Regi suo Artaxerxi donarij loco, cavam nempe  
manum puriori lymphâ repletam, obtulisse dicitur, illud & e-  
go, tanquam humillimus SERENITATIS VESTRÆ servus, ap-  
porto, munus scilicet, illi quidem formâ externa plane dissimi-  
le, interna tamen nihil impar: Istud erat aqueum; hoc vero  
chartaceum est, tale nempe, quale nos Liberalium Artium scru-  
tatores habemus atque dare possumus. Accipe, ILLUSTRISSI-  
ME PRINCEPS, accipe, nec aspernare. Unicum siquidē  
hoc est, quod Musę nostræ Mecænatibus donare, quod Viris, Il-  
lustribus muneris loco offerre sciunt, inopes aliàs & præter pau-  
pertatem nihil habentes. Dona quidem sunt exigua, neminem  
ditantia, multo minus opes argentia, quæ Midas aliquis aut A-  
musus ne sinistro quidem aspiceret ocello; Interim tamen, quo-  
niam VESTRA SERENISSIMA CELSITUDO in tota Chri-  
stiano


Aiano orbe Clementissimus Acerrimusque audit Musarum Pro-  
rector atque Patronus, non timui, his chartis humillimè pedes  
VESTRÆ SERENITATIS exosculari, illasque subjectissima  
mente manūque ante eosdem deponere, sperans, VESTRAM  
CELSITUDINEM hocce munus licet vilissimum fronte Ar-  
taxerxeà [sit venia verbo] accepturam, ac, quamvis alias ejus-  
modi nostra dona parum, veluti aqua supra laudati rustici, pro-  
sint, pro talibus tamen, quæ immortalitatem concilient, æsti-  
maturam. VALE SPES NOSTRÆ URBIS FELICISSIME!  
VIVE SPES NOSTRÆ REGIONIS DIUTISSIME! Quod  
devoto ex animo apprecatur.

ILLUSTR. V. CELSITUD

Datum Wittebergæ. Novembr.  
Anno. M. DC. LIII.

*subjectissimus*

George Wolfgang Steier,  
Dresdens. LL. Studios.



# IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

**A** Domnia Consilia omnesque actus semper progredien-  
dum, Exemplo Imp. nostri Justiniani, *in l. 2. C. d. offic  
pres. Præf. Afr. & c.* Bene namque univerla geruntur &  
competenter, si rei cujusque principium fiat decens &  
amabile DEO, inquit idem Imp. *Nov. 6. pr.* Itaque etiam DEO  
autore, Duce & Adjutore,

De Sortilegijs aliquid nobis jam agendum erit, & quidē  
ita, pro ut Philosophi agunt de sophisticatlonibus. Alii namque  
non eum in finem doctos Sophisticos formare syllogismos,  
ut seducendi & fallendi sint per illos aduersarij; sed ut ab Ad-  
uersarijs obiectos resolvere refutareque sciant, & a deceptioni-  
bus sibi cavere addiscant. Ita nos non eo fine in lucem & arenā  
producemus Sortilegiū, ejusq; varias species, divinatorias, ama-  
torias & veneficas, Professoresque harum varios, Incantatores,  
Augures, Præstigiatores, Necromanticos & alios, ac si addiscen-  
da essent ejusmodi crimina & profitenda, exercendaque, sed ut  
cognitis eis illorumque poenis ista fugiamus atque vitemus,  
nec nos per illa corrumpi patiamur. Siquidem hæc crimina, ut  
conqueritur graviter Dam. houder. *Prax. Crim. c. 61. n. 79.* inter  
Christianos, proh. dolor! tā impune dissimulantur, & passim tam  
frequenter exercentur, ex eā ratione, quod multis in cognita: ut  
evenire facile possit quibusdam Sortilegis etiam, quod igno-  
rēt ipsi, se Sortilegos esse, & tam nefandum crimen Majestatis  
Divinæ comittere. Et non immerito de crimine isto edocendi  
A erunt

erunt homines, sortilegi etiam ipsi, leges prohibitoriae eis proponendae, poenae etiam gravissimae, quae praemia ipsorum erunt, monstrandae, ut per legem cum Apost. Rom. 7. v. 17. cognoscant erimen, sibi que ab illo caveant, & poenas temporales non modo, verum etiam aeternas evitent. Esto itaque.

THES. I.

Sortilegium (a) in genere (b) acceptum, est superstitiosa (c) quaedam illusoria (d) & summe noxia (e) ars, (f) qua utitur homo demonis ministerio (g)

Ghirland. *Traet. d. Sortil. q. 1. n. 1.* Damhoud. *Pr. Crim. c. 61. n. 80.* per summam *Can. qui sine Salvatore 7. caus. 26. q. 2. & 5. L. nemo aruspice 5. l. multi magicis 6. C. de Mal. & Mathem. & ceteris simul.*

(a) Sortilegii vocabulum a sorte dici cuilibet patebit. Quomodo vero accipiatur, videre passim licet apud Lexicographos. Quomodo hic accipiamus, ex thesi perspicuum, & adjuvatur per *can. sortes 7. caus. 26. q. 5.* ubi sortes nihil aliud quam divinationes & maleficia esse dicuntur. Alias triplex sortiendi datur genus, Divinum, Politicum & Divinatorium. Divinum, cujus in Historiis sacris sit mentio, Godelman. *tr. de mag. venef. & Lam. l. 1. c. 9.* Politicum, cujus usus est in hereditatibus & bonis communibus dividendis *l. 2. C. quando & quib. quarta pars.* vel ubi plures, quibus optio est relicta, discordes in eligendo sunt, & sorte lis dirimitur. *l. 3. C. d. legat. & in alijs casibus.* Divinatorium vero consistit in investigatione rerum futurarum, fortunae ac infortunii etc. Gilhaus. *in arbor. iudic. crimin. c. 2. tit. 17. n. 10.* Aliter andr. vallens, *ad rit. X. de Sortil.* Qui Divisorium Consultorium & Divinatorium facit. Quod Gilhaus Politicum illud Divisorium Vallensi. quod Divinum Gilhaus Vallens. Consultorium, illud nim. quo Divina voluntas exquiritur. Cujus ortus in Sacris passim occurrentia Exempla. Add. summ.

CAD



*C. an. 10. auf. 26. q. 2.* Germanicum aliquod adeo generale, ut omnes species Sortilegij comprehendat, non habemus vocabulum, quam ut appellemus *Teuffelskunst*: cum artem illam Sortilegi vel addiscant ab ipso Diabolo, vel profiteantur & faciant illa, quæ Diabolus facere solet,

(b) Ita enim considerandum hic est Sortilegium, ut omnes complectatur species superstitiosas, Maleficam, Divinatoriam & Amatoriam, de quibus singulis inferius prolixius.

(c) Hoc verbo maxime respectus habetur ad sortilegia, quæ fiunt ad sanandū maleficiatos: *Damhoud. d. c. 61. n. 84. circ. 1. fin.* cum Sortilegi illi & incantatores sub falso quodam & ficto Religionis nomine Sanctorum vel apostolorum sua conficiant Sortilegia. Et hinc est, quod isti Præstigiatores, maxime vero mulieres in suis incantationibus jubent maleficiatum orare Pater noster, Ave Maria ap. Pontificios, vel alias oratiunculas ad devotionem alicujus Apostoli vel S. Martyris, ut sub illorū devotione ac præsidio opus, quod conficiunt, videatur ministrari. Et tamen falsè fiteque fiunt hæc omnia sub falsa ista Religionis demonstratione omnia opera arte & præsidio demonis conficiunt, & sub illius devotione fovent. *Ghirl. d. q. 1. n. 2. § 3.*

[d] Sub hoc vocabulo comprehenditur Divinatoria species sortilegij, de qua inferius plura.

(e) Et denique his sub vocibus continentur Amatoria & Venefica species Sortilegij. Divinatores & Malefici dicuntur hostes humanæ salutis, & humani generis Inimici. *l. § si excepta 7. l. fin. C. d. Mal. & Math* qui Christianæ Fidei renunciantes pactum cum Diabolo contrahunt, aut aliàs quid commercii ac consuetudinis habent, quo cooperante, adhibitis artibus illicitis, hominibus ac brutis animalibus quandoque nocent, quandoque etiam miraculosa faciunt. *Magnif. Dn. Carpz. Pr. Crim. Imper. Sax. p. 1. q. 48. n. 2.* Hocque scelus longe atrocius esse homicidio, adulterio, furto. Siquidem sege non solum sunt homicidæ

dam morbos periculosos ipsamque mortem allis suis incanta-  
mentis immittunt, proprios infantes diabolo sacrificant, eosq;  
hac ratione quæ corpus quæ animam perdunt, aliorumque in-  
fantes in utero matris occidunt. Adulteræ etiam sunt, & tetrio-  
res tanto, quanto tetrior is, cui succumbunt, nempe diabolus,  
probat ex Bodin. *lib. 2. Demonol. c. 7. & 8. dict. Du. Carpz. d. l. n. 47.*

[f] An per artem, an per scientiam, prudentiam, sapientiã  
vel aliud genus describendum sit Sortilegium, quæstionis po-  
test esse, & disputari prolixius. Maxime si principiis insistere-  
mus philosophicis, & definitiones secundum regulas Philoso-  
phicas conscribere velimus. Cum in vocabulum hoc artis, rem  
satis exprimat, maximè si in generaliore significato accipiatur,  
generis loco etiam eo utimur cum Dd supra citatis. Et in dubiũ  
vocantibus respondemus: In Jure non conscribi semper defi-  
nitiones, quales esse debeant, sed quales haberi possint: Conten-  
tos etiam sapius esse Jctos descriptionibus saltem, si modo rem  
exprimant, licet accuratiores haberi possint definitiones.

(g) Omnia enim quæ Sortilegi agunt, perficiunt Dæ-  
monis auxilio. Id quod itidem apparebit clarius ex sequentibus.

## THES. II.

Sortilegus (a) etiã in genere (b) consideratus, est, qui Diabo-  
cam Religionem professus est, (c) & noxia quæ quæ supersticio-  
sa aut elusoria dæmonis instructione componit.

Ghirl. d. q. 1. n. 4. Damhoud. c. 61. n. 84.

(a) Sortilegus qui nobis sit, thesis & descriptio docet. Ge-  
neraliter enim considerandus est, ut Sortilegorum species, quo-  
rum plures th. 4. recensimus, comprehendat. Gilhaus. *arb. jud.*  
*crim. c. 2. tit. 17. n. 1.* Sortilegos Magos appellat, illosque descri-  
bit, quod sint, qui seientes se ad dæmones convertunt, cum ipsis  
foedus ineunt, pro Diis eos colunt; ipsorum opem & consilium  
implorant, ipsosque per magicas ceremonias evocant. alliciunt-  
que

que. Germanice illos dici *Schwarzkünstler*, propterea quod ut plurimum artes suas magicas noctu & in tenebris conficiant. In Germanico idiomate cum itidem non tam generale reperire liceat vocabulū quo nominari possint Sortilegi, cum vocab. *Schwarzkünstler*, quo utitur Gilhaus. adeo generale non sit, utendum erit tali, quod nihilominus rem exprimit, & plura ejusmodi maleficia comprehendit, dicendusque erit Sortilegus *Ein Zensselkünstler*. Alias specialius accepto vocab. Sortilegus est, qui ductis sortibus, futura prædicendo, quæstum facit, *Ein Wahrfager/der das Sieb lauffen läßt*.

(b) Aliter enim Sortilegi describuntur *can. Sortilegi. l. caus. 26. q. 1.* Quod sint, qui sub nomine fictæ Religionis per quasdam, quas Sanctorum vocant Sortes divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. Et ita Sortilegos proprie dici notat Ghirl. *d. l. n. 2.* & Damhoud. n. 83.

[c] Sive inierit pactionem cum Diabolo expressam s. tacitam. de quib. th. sequenti.

### THES. III.

Sortilegorum autē Professio est duplex, Expressa & Tacita (a) Expressa est quæ per expressam cum ipso dæmone (b) publicam (c) vel privatam (d) in iurata pactionem (e) mutuaque data fide (f) perficitur. Tacita est, quæ quis facit alicui professo (g) sub mutua obligatione (h)

(a) Recepta est ista divisio, secundum eam etiam poenæ Sortilegis infligi solent, quod inferius videbimus. Comprobat illam quoque Sereniss. constit. Saxo p. 4. const. 2. §. demnach constituiren, verbo mit dem teufel Verbündnuß auffricht et. §. do aber/verb. außserhalb solcher Verbündnuß/ Dan Moller. in *Comment. & alij.*

A 5

(b)

[b] Hæc verba differentiã faciunt Professionis expressæ & tacitæ. Expressa enim fit per pactum initum cum Dæmone ipso; tacita vero per pactiõnem aliquam cum professo quodam vel ministro Diaboli.

[c] Quæ & solennis dicitur ob sollemnitates, quæ observantur, *de quibus sublit. f.* Et comparat illas sollemnitates Damhoud. c. 61. n. 115 cū iis, quibus sollemnes professiones monachorum fieri solent. Inquit enim ille; Fit hæc professio quandoque iisdem sollemnitatibus, quibus hodie fieri conspiciamus veras & sollemnes professiones Monachorum in Religione Christi, ubi ad vitam monasticam degendam abnegant mundū cum suis universis oblectamentis præstigiarijs. Pontificius J. Crus Sanctissimorū (scilicet) istorum Patrum professionem cum Diabolica comparat, Lutheranus si tam elegantem instituisset comparationem, crimen læsæ Majestatis commisisset, & totus cum familia Diabolo mancipandus, vel tanquam hæreticus igne mactandus fuisset. Publicam vero dicimus, quia fit cum Dæmone ipso, dum residet in solio Majestatis more Principis, quando fiunt universales congregationes omnium strigarum & maleficorum, necromantarum & cujuscunque generis professorum, certis nocturnis horis locis & temporibus a dæmone constitutis. Damhoud. c. 61. n. 114.

[d] Quæ & minus solennis appellatur, cum nullis observatis sollemnitatibus circa conventiones ejusmodi cum ipso Dæmone saltem pacto expresso & cum juramento contrahitur Damhoud. d. 1.

[e] Ille enim qui Dæmoni se ita mancipat facit obligationem per sollemnem stipulationem chirographo sanguine proprio scriptam; Vel si scribere is nesciat, in manibus ipsius diaboli promittit, & tactis scripturis homagium præstat. Berlich, p. 4. concl. 3. n. 15.

[f]. Ille enim qui petit se recipi in numerum Sortilegorum, in publica illâ congregatione ad tribunal principis Sortilegorum Diaboli, debet primò, DEO Creatori suo renunciare,  
foedus

foedus baptismi rescindere, Filium DEI abnegare, omnia Christi-  
tiane fidei documenta relinquere, Sacramenta cuncta Ecclesi-  
astica projicere, pedibusque proprijs calcare, crucem & imagi-  
nes B. Mariae Virginis & aliorum sanctorum (quam tamen con-  
culcationem non fieri coram illo principe, sed alibi, & suffice-  
re etiam quod promittant, se hoc facturos, quam primum cedat  
occafio, testatur Ghirl. q. 7. n. 28 ex relatione cujusdam veneficæ  
quã A. 15 24. examinavit) & omnia DEI ejusque Filij beneficia  
detestari, nomen DEI horrendis blasphemijs & convitijs pro-  
scindere. deinde facta obligatione vel data manu promittit,  
quod vel esse perpetuo fidelis obediens & omnibus ejus man-  
datis parere. Ulterius mediante juramento, tactis scripturis su-  
per quodam magno libro obfcuras paginas continente præstat  
homagium sive perpetuum vasallagium, quod nunquam velit  
redire ad fidem Christianam, nec divina præcepta servare, sed  
solum ea, quæ per ipsum principem erunt decernenda, custodi-  
re, perpetuis futuris temporibus illi obedire, & continue cum  
vocatus fuerit, ad ludos & congregationes nocturnas venire, &  
ea quæ in eis per alios veneficos fiunt, facere, & sacrificijs eorū  
nocturnis adesse solitasque preces & cultum præstare, princi-  
pem adorare, & vota, quæcunque præstare contigerit, pro viri-  
bus adimplere, quoscunque poterit alios ad eandem professio-  
nem adducere, & postremo fato suo functus corpus & animam  
diabolo destinare. Princeps vero seu diabolus, postquam vasal-  
lum suum blandis verbis excepit, familiariter collocutus, e-  
gregia & hilari fronte promittit perpetuam felicitatem, gaudia  
& voluptates quascunque in hoc mundo habere desideraverit,  
& demum post hanc vitã longè majora munera consecutura  
spondet. In super dæmonem quendam ad custodiam illius  
hominis constituit, qui nunquam illum deserat, sed in omni-  
bus quæ cupit inserviat, ad ludos convocet, & ad locum desti-  
natum deferat. Berlich. d. concl. 3. n. 5. Comitiam etiam sortilegorū  
hujus modi & quæ ibi peragi soleant, ex Ghirl. Bodin. Reming.  
& illi ex confessione quarundam maleficarum, describit idem  
Berlich.

Berlich. d.l.n.38. his verbis: Magi & venefici ubi ad ejusmodi comitia venerunt, primo ad suum principem amictu magnificentissimo ornatum & in folio splendidissimo multisque ornamentis ornatis & purpureis vestibus decorato ad instar Regis alicujus sedentem, accedunt, eique honorem clientelarem & reverentiam exhibent ordine quodam retrogrado, in oppositum directo illi reverentia, quam nos prestare solemus; nos enim incurvamus caput & humeros, & flectimus genu crure retro curvato, volventes vultum ad principem, sive ad alium, quem veneramus; Ipsi vero faciunt contra, quia terga volvunt adversus principem, & caput curvant ad versus humeros adeo, ut metum coelum respiciat; crura vero non curvant retrò, ut nos facimus, sed elevant sursum à terra à parte anteriori. Hac reverentia peracta mandat princeps, ut omnes tripudiant & saltent cum lætitia & gaudio, una qualibet muliere suum dæmonem, qui ei ad custodiam deputatus est, accipiente, & cum eo saltante; etiam ordine retrogrado contra morem, naturam & ordinem chorearum, quibus nos utimur. Interim præparantur mensæ cum lautissimis ferculis abundantissime ornate, & celebratis choreis veniunt ad convivia, quibus completis extinguuntur luminaria omnia, & quisque dæmon in forma incubi, id est, viri, suam capit mulierem, viri vero suam capiunt dæmonem in forma succubi s. mulieris, & sic ad invicem omnes adimplent coitum carnis, quo officio completo revertuntur ad domum omnes super suis magisterulis s. dæmonibus equitantes. Hæc Berlich.

[g] Ideo etiam tacita dicitur, quod non est facta cum dæmone, sed cum dæmonis ministro, (qui professus Ddibus. dicitur, inde quod dæmonis profiteatur & doceat alios artem) in qua tamen etiam quædam sollemnitates extrinsecæ, quæ usu venire solent in professione expressa, interveniunt: veluti sollemnis stipulatio, fides juramento firmata de observatione promissorum, obsequium & rata fidei pactum cum dæmone, una cum abominanda abjuratione Fidei Christianæ. Damhond. l. l.n.ii. [h] sub

(b) Sub illa quidem conditione discipulus magistello suo vel professo fidem dare solet, quod grandia facturus sit & mirabilia, quod in vita sua futura cognoscat, & multa alia his non dissimilia Ghirl. q. 3. n. 1. discipulus vero tenetur die Dominico antequam aqua benedicta consecratur cum magistello suo ingredi templum, & ibidem DEO Creatori suo renunciare, foedus baptismi rescindere & c. ut lit. f. homagiū etiam præstare. Ghirl. damh. d. d. l. l. Testatur etiam Joh. Wier. Tr. de Præstigiis Dem. lib. 2. c. 2. de confessione cujusdam Juvenis, quod bibant denique post abnegationem & promissionem illam ex utre; quo facto, statim intrinsecus sentiant, se imagines artis diabolicæ concipere, & principalibus ritibus hujus sectæ imbui, confirmarique. Foedus autem istud cum magisterulo initum defert ille ad principem suum, qui ratum habet, & reddit se facilem in obsequendo voluntati & appetitui illius, sicut aliorum. Ghirl. d. l. n. 2.

TH. IV.

Sortilegorum vel Sortilegarum à Dd. communiter sequentes recensentur (a) Divini, (b) Incantatores (c) Exorcistæ (d) Præstigiatores (e) Aruspices (f) Venefici (g) Necromantici (h) Arioli (i) Augures (k) Pythonissæ (l) Salitores (m) Hydromantici (n) Lamia sagæ, striges (o) Non a. simpliciter (p) his annumerandi Astrologi (q) Genethliaci (r) Mathematici (s) & Chiromantici (t)

(a) Superstitionis istius Diabolicæ nomenclaturæ varietate, formæ etiam & species non minus dissimiles quam diversæ, ob professionem suam quam tractant Sortilegi diversam. Cum tamen Infrequens non sit, ut Dd. quoquo modo maleficiū tractantes promiscuè & indifferenter Magos, Lamias, striges, sortilegos, præstigiatrices etc. appellitent, & commune hoc sit

omnibus cujuscunque generis sortilegis, quod artes Diabolicas  
exerceant, & daemone cooperante hominibus pariter ac brutis  
nocere & miraculosa quæque facere audeant. Dn. Carpz. *Pr.*  
*Crim. p. 1. q. 48. n. 9. & 12.* Cumque singulis nihil certi & perpetui  
attribui possit, adeoque vacantis operæ & desperati laboris fo-  
ret, singularum peculiare tradere definitiones, inquit Pet.  
Theod. *Coll. Crim. Diss. 7. th. 3. lit. N.* Ideoque species recensebi-  
mus tantum illas, quæ à Dd. communiter tradi solent, & descri-  
ptiones saltem, quales quales habentur, notabimus.

(b) Qui sic dicti sunt, quasi DEO pleni. Isti enim divini-  
tatis sese plenos esse simulant, & astutiâ quadam stantulentâ  
hominibus futura coniectant. Ghil. *l. 9. 2. n. 6. infm.* Damhoud. *e.*  
*67. n. 102.*

(c) Incantatores, germ. Zauberer / dicuntur, ut Incanta-  
rix & percantatrix Varroni Præcantrix vel præcentrix eine  
heer dicitur, ab incantamentis & incantationibus Zauberweyden / Se-  
gen die Heimweise gesprochen werden. Unde incantatores &  
Exorcistæ à Dn. Carpz. *q. 48. n. 3.* describuntur, quod sint qui sola  
potentia carminis, vel adhibitis certis characteribus alijsve re-  
bus, quid efficere conantur. Et Gilhaus *arb. jud. crim. c. 2. tit. 17. n.*  
*5.* plenius incantatores describens dicit, quod sint, qui vel sacris  
DEI oraculis vel blasphemis diaboli vocibus deblateratis, vel  
characteribus alijsve rebus adhibitis diabolos, (Teufelsbanner/  
Teufelsbeschweerer / quos Joh. Wier. *de pestig demon. l. 2. c. 4.* ap-  
pellat Teufelsfänger) serpentes & aspides (Schlangenfänger  
oder Schlangenbeschweerer) ut virus ponant & mansvescant,  
cogunt, vel virilitatem hominibus adimunt, eorumque voces  
& membra ligant, vel arma & similia incantant, diabolo inte-  
reâ colludente & revera expediente, quæ incantator molitur.

(d) Exorcistarum eadem erit descriptio, quæ incantato-  
rum, cum & ipsorum hoc officium, ut diabolos cogere possint,  
die Teufel beschweeren und anstreben / sicut Clerici exorcistæ di-  
cuntur ab adjuratione vel increpatione, cum invocent super  
Cathecumenos, vel super eos qui habent Spiritum immundum,



nomen Domini Jesu, adjurantes per eum ut egrediatur ab eis  
*can. 1. distinct. 21.* Sed medium quo exorcismum peragunt, nō u-  
num. Hi, auxilio nominis Jesu, illi quos hic consideramus dia-  
boli.

(e) Germ. Gaufler / Kunzenmänner / à prestigiis Gaufler-  
ley / Augen Verblendung. Et sunt, qui opera Satanae hominū  
oculos incantationibus & illusionibus fallunt ac fascinant, ut  
non videant ea quę sunt, & videre se arbitrentur ea, quę non  
sunt. Joh. Georg. Godelm. *de mag. Venef. & lam. 1. 2. c. 3. n. 3.* Non  
tamen his annumerabimus illos, qui agilitate quadam hominū  
oculos illudere solent & germ. *Taschenspieler* dicuntur, licet  
etiam Gaufler & Augenblender appellentur, nisi operā utan-  
tur diabolica.

(f) Haruspices à Dd. communiter dicuntur, quasi hora-  
rum inspectores, quod observent tempora, dies, horas & mo-  
menta, ex quorum observatione bona vel mala prædicant, &  
quod etiam intestina pecudum inspiciant, & ex illis futura va-  
rirentur. *Chirl. 9. 2. n. 7. Damhoud. c. 61. n. 102.* & alij passim.  
Germanis quibusdam *Ein wahrsager aus dem Eingeweide* / ali-  
is generaliter *Ein wahrsager* Licet nondum conveniant Gram-  
matici, an legendum Haruspex an Aruspex. Sed certent ipsi, no-  
bis sufficit accipi à Dd. communiter ita & describi, ut dictum.

(g) Qui sc. nefariis carminibus, diris imprecationibus,  
immundorum spirituum immissione, pharmacis à diabolo præ-  
paratis, vel per artes illicitas ex cadaveribus, funibus suspenso-  
rum & corporibus mixtis, concinnatis, illatis, defollis, pabulo  
vel potui mixtis, hominum ac pecudum valetudinem & vitam  
lædunt atque perdunt. *Godelm. dir. lib. 1. c. 7. n. 1.* Germani vo-  
cabulo generali *Zauberer* vocant.

(h) Qui sacrificiis solenni ritu constitutis & peractis ma-  
gicis artibus ac diris execrationibus ab inferis manes evocant,  
vel quorum præcantationibus videntur resuscitati mortui di-  
vinare & ad interrogata respondere. *Gilhaus. arb. jud. Crim. c. 2.*  
*tit. 17. n. 4. Dn. Carpz. d. 9. 48. n. 8. Addit. Chirl. 9. 2. n. 9. quod ut*

plurimum, quando hæc fiunt ipsi magistri adjiciant Sanguine  
cadaveri, quia dæmones dicuntur amare sanguinem, & pro-  
pterea quotiescunque fit Necromantia, cruor aqua miscetur, ut  
dæmones calore sanguinis facilius provocentur, per *can. nec*  
*mirum* 14. *caus.* 26. *q.* 5. ubi in super notationem vocabuli reperi-  
re licet, & à greco *νεκρός* mortuus & *μαντεία* divinatio; nuncu-  
pari docetur.

(i) Qui circa aras Idolorum nefarias preces emittebāt,  
& funesta sacrificia offerebant, ac hisce celebrationibus dæmo-  
num responsa suscipiebant. Ghirl. *q.* 2. *n.* 7. Damhoud. *c.* 61, *n.* 102.  
Modum quærendi & respondendi exprimit aliquantò clarius  
Gilhaus *d.* 11. *n.* 4. Qui ariolos describit, quod sint qui divi-  
nant, & in crystallo, speculo vel vitro polito diabolum consu-  
lunt, qui de rebus furto sublatis vel amissis, & ad quæstiones  
propositas, nonnunquam vero, ut mentienti sibi fides habeat-  
ur, aut si ignoret verum, per ænigmata respondet. Unde sentit,  
Ariolos verius Lügenfager quam Wahrsager dici, cum plura me-  
dacia quam vera proferant, & sæpius furti aut alterius sceleris  
notam inurant iis, qui innocentissimi sunt. Ab ara ariolos dictos  
notat Corvin, *Font. Lat.* & inde Ariolus ipsi est Ein zeichen deut-  
ter/wahrsager der da sihet/ob eine funck aus der aschen auff dem  
Altar etwas wolle andeuten. Aliter Ariolos accipere videtur  
Coler. *p.* 1. *decis.* 180. *n.* 9. qui illos appellat Christallen seher/und  
die mit characteribus und worten abgöttische Künste treiben/  
ohne iemands Verlesung.

(k) Qui volatus avium & voces intendebant. Unde  
germ. Ein wahrsager/der aus dem flug oder gesang der Vogel  
etwas weissaget. Unde Cicero: Chalcas ex passerum numero  
annos belli Trojana auguratus est. Augurium etiam quasi a-  
vium garritum dictum putat Ghirl. *q.* 2. *n.* 7. Damhoud. *v.* *c.* 61. *n.*  
102. quasi avigerium dicit, quod augures quid aves vocibus aut  
volatu gerant, observent.

(l) à Pythonci, e. Apolline dicti, qui primus autor artis  
divi-

divinandi creditur. Et à Dd. dicuntur illi, qui quadam superstitione diabolicam sectantur professionem.

(m) Qui ex membri alicujus palpatione, aut ex trepido saltu, prosperi quid aut adversi eventurum deblaterant. Damhoud *d.l. can. igitur 1. in fin. c. 26. q. 3. & 4.*

[n] Ab aqua dicti sunt per *d. can. nec mirum 14. caus. 26. q. 5.* ubi Hydromantia describitur, & ex inde hydromantici illi sunt qui in aquarum inspectione umbras demonum evocant, & imagineas ludificationes vident, & quædam ab iis audiunt.

(o) Lamia, saga & striges (pro Synonymis accipiuntur à Dd. ut videre est ap. Dn. Carpz. *d. q. 48. n. 7.*) dicuntur, quæ ob foedus præstigiosum cum diabolo innitum demonis persuasu, inspiratione & præstigijs elusæ, qualiacunque mala vel cogitatione aut imprecatione designare se existimant, veluti aerem insolitis fulminibus & tonitru concutere, tempestates & grandinem excitare, ab amasio, qui præstigiosam formam hirci vel vituli (imo alterius etiam animalis, ut catti) induit, in montem aliquem brevissimo temporis spatio bajulari, partim in furca, scopis, baculo aliove instrumento advolare, totam dein noctem ludis, commensationibus, choreis & varijs libidinibus cum amasio consumere, milleque rerum monstrosa ludibria ostentare, ut ita ex Godelm. illos describit Gilhaus; *d. tit. 17. n. 11. German.* dicuntur *Unholden/Zauberrinnen/Hexen.* Saga Corvino est *Eine weissagerin/welche Frauw/die den Leuten sagt/wo das gestohlene gut hin kommen. Item die den weisß-bildern etwas zuebert/das Sie einen Kerl lieben müssen.* Ob convenientiam vocabuli latini cū germanico Segneriten.

(p) Usus hic nobis & abusus hodie etiam probè distinguendi erunt, Mathesin usum habere in signem in vita humana nemo facile nisi ignarus plane negabit. Unde ad discendam illam esse à multis jamannis edocti, à Sereniss. etiam Electotib. Sax. binos ad docendam nos Mathesin in nostra hac Academia Professores constitutos habuimus antea, habemus hodie. Astrologia, Physognomia, Chiromantia usum addiscat quilibet ab

ipsis, divinationes instituat, sed ut edocetur ab ipsis, ut qui non  
Ethnici vel à dæmone instituti, sed qui in S. literis versati, & quid  
DEUS revelatum voluerit, quid non, edocti melius, Abusus ta-  
men nec hodie omnis exulat, Abutentes itaque hâc scientia, o-  
ptimo jure nostris annumerabimus sortilegis. Quis quæso crede-  
ret, nō abuti Chiromantia fœminas quasdã, quas Wahrsage-  
rinnen & Jigeinerinnen appellât, quæ divinare solent per linea-  
menta manus, quarumque divinationes effectum sortiuntur su-  
um, cum tamen ne lineamenta cognoverint unquam. Imò pro-  
fessores artis hujusce divinationes chiromanticas debilissimas  
habent.

¶ Quos Damhoud. d. c. 61. n. 102. describit, quod sint qui ex  
astrorum consideratione quippiam vaticinantur. Ubi simul  
inquit: Astrologia profectò hoc tempore nusquam non gen-  
tium & celebris & apud nonnullos multæ fidei. Verùm an ist-  
hæc vaticinatio jure sit permessa, ex causa prudensque nunc  
prætereo. Si modò Damhoud, Astrologos cum Ghirl. (ex quo  
aliàs omnia ferme quæ habet, nullà ipsius factâ mentione, de-  
sumpt), rectè considerasset & distinxisset, quid sentiret, dixisset.  
Distinguit autem Ghirland. ita Aut hi, sc. Astrologi, futura  
prædicunt ex certâ scientia, imponentes futuris contingentib9  
rebus necessitatem quandam, quam dicunt causari ex motu cor-  
porum cœlestium, & isto modo sunt hæretici, & puniuntur ut  
hæretici. Ratio est, signa non sunt causæ rerum finales, impo-  
nentes necessitatem humanis rebus agendis, aut homini; sed sũt  
signa quædam inclinativa s. indicativa, rerum futurarum secũ-  
dum communiter accidentia, per regulas quasdam & naturas  
corporum cœlestium, quæ multotiès fallunt, quibus non sub-  
jicitur necessariò natura humana, quin possit illa evitare, & uti  
libera arbitrij potestate: Aut prædicunt demonstrativè, præ-  
sumtivè sive inclinativè, asserentes, quod ex motu corporum  
cœlestium talè quid inclinativè demonstratur, sive figuretur,  
in actibus hominum inferioribus; Et isto modo non est pecca-  
tum, nec puniuntur aliquâ pœna, quia verum est, quod corpora

ecc.

cœlestia habeant quædam motiva & inclinationes ad corpora inferiora & operationes humanas, secundum quas multoties sic fieri contingit, quamvis evitari possint, si quis uti velit prudentia & liberi arbitrii potestate. De prioribus & nos accipimus leges & constitutiones prohibentes Astrologiam.

\*) Genethliacos Ghirl. q. 2. n. 7 describit, quod sint qui sumpto die nativitatis & hora per duodecim cœli signa siderumque cursus calculantur, & prædicunt felices & infelices futuros eventus, & mortem quandoq; Hic tñ. iterum adhibenda est Ghirl, distinctio, licet Jus Canon. illos indistincte damnet. *can. illud. 6. v. neg. illi caus. 26. q. 2. ibi: Neg. illi ab hoc genere superstitionis perniciose segregandi sunt, qui olim Genethliaci propter natalium dierum, considerationes, nunc a. vulgò Mathematici dicuntur. Nam & ipsi, quamvis veram stellarum positionem, cum quisq; nascitur, consueverunt, quandoq; etiam per vestigent, tamen quod inde conantur vel actiones nostras, vel actionum eventa prædicere, nimis errant, & vendunt imperitis hominibus miserabilem servitutem.*

\*) Qui præscientiam futurorum sibi arrogant ex quibusdam observationibusque superstitione hominum potius, quam aliqua probabili causa rerum nituntur, quia sc. per puncta, numeros notasque divinare solent. *Bocer. cl. 4. disp. 10. c. 33.* Et ita consideratos Mathematicos & nos Sortilegos dicimus, horumque artem Imp̃p̃ Diocletianus & Maximian. *L. 3. C. de Mal. & Matb.* damnabilem & interdictam omnino volunt.

\*) Qui per manus lineamenta divinant. Circa hos laudatus Ghirl. q. 3. n. 14. plenius distinguit, an quis præterita narret, an futura. Si præterita, quæ evenerunt ei, cujus manus intuetur, narret, non est peccatum, nec prohibitum. Si futura aliquis prædicere velit, adhibendam esse distinctionem, an prædicat necessitative, an v. inclinative. De qua distinctione dictum sub lit. q.

Sortilegiorum Species principales (a) sunt: Divinatoria, Amatoria & Venefica. Divinatoria (b) est, per quam Sortilegi demonis auxilio (c) futura, presentia & preterita occulta detegunt. (e)

(a) Alias enim multae sunt ac diversae, secundum diversas hominum professiones & formas, quibus illa conficiunt, inquit Ghisl. q. 2. n. 1.

(b) Divinatoria ista Sortilegia Jure Canon. omnino in distincte illicita & prohibita esse, patet ex cap. 1. X. de Sortileg. can. Sortes. 7. caus. 26. q. 5. Hinc prohibitum est, ne electiones ad beneficia & dignitates Ecclesiasticas, quae magis idoneis conferri debent, fiant per sortes, quasi hoc modo teneatur DEUS indicare & revelare magis dignum. cap. Ecclesia vestra 3. X. de Sortil. Ita sorte futura non sunt inquirenda cap. 1. eod. puta per inspectionem astrolabij cap. 2. eod. vel in talibus vel condicibus d. cap. 1.

(c) Invocato illo vel expresse vel tacite. Unde tres species divinationis hujus. Prima fit per manifestam demonum invocationem, & ad Necremanticos pertinet, Secunda fit per solam considerationem vel dispositionem motus alterius rei, & ad Angures pertinet. Tertia fit quando facimus aliquid, ut nobis occultum quid manifestetur, & pertinet ad Sortes. Prima autem Species ad expressam, duae posteriores ad tacitam referendae, cum Ghisl. d. l. Damhoud. c. 61. n. 87.

(d) Imo preterita quandoque Sortilegi enarrare solent ea, quae alicui acciderunt, & ad unguem prout evenerunt, referre, licet illi non adfuerint, vel extranei penitusque ignoti sint, quo operibus & superstitionibus suis magis fides habeatur. Et ista revelatione alliciunt hominum mentes ad ea etiam credenda quae falsa omnino. Ghisl. q. 2. n. 6. Presentia etiam ignota hominibus, vel quae accidunt in locis distitis enarrare possunt

Sor.

Sortilegi demonis auxilio, ut in eo quasi momento, quæ sunt  
Lipsiæ hic Sortilegus annunciare possit. Exemplum vid. ap.  
Ghirl. q. 6. n. 8. de Clerico Sortilego Iacobo Perusino, qui dum  
in templo cathedrali S. Laurentij circa meridiem missam ce-  
lebrando, orationem, Orate Fratres etc, dicere debebat, loco il-  
lorum dixit: Orate pro castris Ecclesiæ, quia laborant in extre-  
mis. Eo etiam momento Dux militum Ecclesiæ cum toto exer-  
citu succūbebat, qui tamen ab urbe Perusina per 50 milia-  
ria tum temporis distabat, Interrogatus autem à populo Cleri-  
cus, unde hoc haberet, revelationem esse divinam pretendebat.

[e] Divinatoria etiam subdistinguitur à Ghirl. d. 9. 2. n. 7.  
quem sequitur Damhoud. d. l. quod sit alia Geomantia, quasi ter-  
restris divinatio, alia Hydromantia, quæ fit in aquis, alia Pyro-  
mantia, quæ in igne, alia denique Aeromantia, quæ in aere per-  
ficitur.

THES. VI.

Amatoria est, quæ masculorum foemellarumve animi pu-  
dici ad amorem libidinosum, per pocula amatoria (a) vel alia  
media (b) illicita, flectuntur.

Ghirl. q. 2. n. 2. Damhoud. c. 61. n. 87. per Leorum est scientia 4. C. d.  
M. S. c. M. hejusdem legis 3. S. adiectio 2. D. ad Leg. Cornel. de sic. l. si  
quis aliquid. 38. S. qui abortionis 5. D. d. penis

[a] Philtra Latinis & græcis dicta, germanis *Ein Liebs-  
träncklein* / vel etiam *das Nachlauffan* / teste Corvin. *Font. Lat.  
in Amo.* Nec incommode ita dici poterit ab effectu, siquidem  
bellicosa tempora sat testatum fecerunt, quod milites sequuntæ  
fuerint plurimæ feminae; an pudica an impudica mente præ-  
ditæ? non disputabimus. Sufficit quod etiam pueris quando-  
que ex quorundam militum ore audire licuerit, se per unicum  
foemine capillum aliquod miliaria, eam ad se & post se raptare  
posse. Exempla nisi forent odiosa, & macula quædam asper-  
gerunt

C

gerent ita-raptarum cognatos, in promptu essent. Quomodo  
autem & ex quam materia pocula amatoria conficiantur, no-  
stræ non est professionis, ut inquiramus. Harpprecht ad §. itē  
L. Corn. de sicar. §. n. 64. Inst. de publ. iud. docet, ea conficiex herbis  
venenatis, rebusque aliis illicitis, quæ pro amore ut plurimū  
furorem conciliant, ac tandem mortem, juxta Ovid, lib. 2. de ars  
amandi.

Nec data profuerint pallentia philtia puellis,

Philtia nocent animis, vimque furoris habent.

Lucretium etiam Poetam amatorio poculo in tantum furorem  
versum fuisse, ut se tandem propria manu interemerit, canit Po-  
titanus :

Is, qui philtia bibit, nimioque insanus amore

Mox ferro occubuit: Si mentem amiserat omnem

Exempla alia plurima passim occurrunt apud Historicos, &  
quotidie à quolibet ferme exauditi poterunt. Flectuntur etiam  
ad amorem homines per noces unguentarias vel odoratas  
Muscaten Nüsse/, certo modo preparatas, potuique vel cibus  
illorum, qui alliciendi, & quibus cum libidinosi libidinosos a-  
ctus exercere desiderant, immittas; quæ tamen preparatio facien-  
da potius quam dicenda. Diabolica siquidem est talis, ut hor-  
rorem incutiat Christianis, alliciat tamen vulgus & carnalia sa-  
pientes: imo quandoque naturalia scrutantes. Per uncinos  
certos, durch kleine hächlein/ qui illam vim habere dicuntur, ut  
si foeminam quis illis tangat saltem, & aliquantulum ad se tra-  
hat, statim eam sequi trahentem, petereque amorem & illicita  
turpiaque alia: Per pira, poma & alios fructus ad hoc prepa-  
ratos. Relatumque mihi Budissæ de Juvene quodam, cui à puel-  
la quadam pulcherrimum oblatum fuerit pomum, sollicitatus  
que ille ut comederet. Impudicum puellæ amorē metuens mo-  
destè recusavit, petijrque ut diutius illud possidere, illamque in  
illo quotidie sibi conspiciere liceret. Quo facto, altera vel ter-  
tia die pomo dissecto, foetidum plane vermibusq; probe refertū  
illud fuit repertum; Per capillos, de quibus supra dictum. A-



Alij admiscēt in Sortilegijs amatorijs partē aliquā chlamidis, aut  
camisæ filū, & cum illis alijsque mixturis componunt factu-  
ras suas. Alij capiunt jecur vulpis, oculos lupi aut illius caput,  
cor cervi, noctuæ intestina aut bubonis, linguam mōvi aut Phi-  
lomelæ & similibus. Ghirl. q. 3. n. 23. circ. fin.

(b) Quod tamen duplici modo fit, teste Ghirl. d. q. 3. n. 15.  
Vel in corpore personæ maleficiandæ, per cibum & potum regu-  
lariter, vel extra corpus & intestina, per aliquas mixturas com-  
positas ex herbarum folijs vel radicibus, metallis, reptilibus  
terre, intestinis avium vel piscium, alijsve similibus rebus nas-  
turalibus, illaque quandoque consuunt in chlamyde personæ  
ad amorem flectendæ, vel sub capite in lecto, in quo persona  
ipsa dormit, abscondunt, aut sub limine ostij, camera, vel alibi  
ubi vir maleficiandus aut mulier ire consvererunt, defodiunt.  
Quidam imagines quasdam ex terra, cera, vel alia quavis mix-  
tura confectas, ad loca sacrificiorum deferunt, illosque nomi-  
ne personæ maleficiandæ baptizant, sub devotione & invocati-  
one Diaboli, cum iisdem ceremonijs, quibus uti solent sacer-  
dotes in vero baptismo, & adijciunt verba quædam turpia  
& nefanda. quibus imaginibus quandoque operiunt pectora,  
& ipsorum corda ingenti calore ignita reddunt, & liquefaci-  
unt quandoque, putantes, quod simili modo cor hominis ma-  
leficiandi amoris ardore aduratur seu mollificetur & obediens  
reddatur ad votum Sortilegi vel amantis. Ghirl. q. 5. n. 3. circ. fin.  
Glossa. in cap. accusatus de heresi. 5. de heret. in 6. notat, quod  
in Sortilegio amatorio sapius admisceantur Sacramenta Cœnæ  
& Baptismi. Cœnæ, dū sumūt hostiā cōsecratā, vel nō cōsecratā cui  
in scriptæ notæ & literæ sanguine, super qua etiā aliquod missæ  
celebratae fuere. Utramque vero in pulverem redactam curant  
immiscendam cibo vel potui maleficiandi. Exempla vid. ap.  
Ghirl. q. 3. n. 19 Ubi de Clerico quodam ita utente hostia conse-  
crata, n. 20. ubi de muliere quadam Romæ, penes quam duæ ho-  
stia, in quibus verba quædam sanguinea scripta erant, reper-  
ta fuerint. De baptismo Sacramento refert. Ghirl. d. n. 20. exemplū

C

2

do

de binis mulieribus impudicis Romæ, quæ acceperant oleum  
baptismatis, quo inunxerant sibi labia dicentes: *Fides abrenun-  
tio tibi*: & cum labijs sic inunctis deosculata fuere viros quos-  
dam, a quibus amari se cupiebant. Testatur etiam d. Ghirl.  
d. l. n. 12. Quod quandoque reperiantur quidam Sacerdotes a-  
pud Pontificios, qui adeo protervæ & reprobatae conscientia  
sunt, quod audeant in ipso sacrificio missæ scienter nonnullas  
pravas orationes & nefarias preces dicere, maleficiandam per-  
sonam nominare & apprehensis Sortilegijs super altari mani-  
bus proprijs illa immolare, DEUM exorare non verentes, ne  
suscipiantur exaudiendæ preces, ut illum ad quem destinata  
sunt, sortiantur effectum.

TH. VII.

Venefica vel malefica (a) est, quæ nefarijs carminibus (b)  
diris imprecationibus (c) immundorum Spirituum immissio-  
ne (d) pharmacis à diabolo preparatis (e) per artes illicitas ex  
cadaveribus, funibus suspensorum, & alijs hujusmodi rebus (f)  
concinnatis, illatis, defossis, cibus, pabulo potuique mixtis, ali-  
ove quolibet modo ad perniciem (g) hominum vel pecudum  
adhibitis, perficitur.

[a] Maleficam istam speciem ideo dici docet Ghirl: q. 2.  
n. 3. quia semper tendit ad malum, per l. multi 6. C. de M. & M. un-  
de, inquit ille ista est ceteris perniciosior & magis odiosa, per  
quam multa mala proveniunt, & diversæ fabricantur infirmi-  
tates, morbi & calamitates in humanis & brutorum corpori-  
bus, ex quibus mors sæpius causatur. Quidam enim hac specie  
malefica polluti cito pereunt, quandoque vero non tam citò  
mors provenit, sed post longas luctuosas querelas & lachryma-  
biles fletus personæ maleficiatæ corpus paululum conteritur,  
virtus debilitatur, id quod demum perit. Merito & præ alijs Sor-  
tilegis

tilegis Venefici vel malefici humani generis inimici *l. et si exco-*  
*pta 7. & communis hostes salutis l. fin. C. de M. & M. dicun-*  
*tur.*

(b) Sola enim carminis vel verborum (ut effert Ghirl.  
q. 3. n. 27. ] violentia interimunt *can. nec mirum. 14. v. magi. caus. 26.*  
q. 5. ubi Augustini ex *l. 18. de Civ. DEL.* refertur sententia *l. et si ex-*  
*cepta 7. C. de M. & M. Damhoud. d. c. 611. n. 9.* Ita carmine maleficos  
adimere posse testiculos, vimque generandi novis nuptis & a-  
lijs impedire, testatur ex Joh. Wier. & Paul. Ghirl. Berlich p. 4.  
*Concl. 3. n. 19.* Qui ibidem n. 21. & seqq. quaedam remedia, quibus  
haec fascinatio congressus conjugalis impeditiva tolli possit, a-  
liosque qui plura habent, allegat. Huc pertinet das Sencckelk-  
nupsen/ Schloesser zu drücken/ quibus modis novellorum  
conjugum congressus & vis generan-  
di impediti solet, quo de Hermannus Neuwald Med. D. in ge-  
genbericht contra Epist. Wilhelmi Adolph. Scribonij Von Er-  
fundigung und prob der Zeuberinnen durchs kalte Wasser, mi-  
hi C. 2. lat. b. in fin. ita: Heute zu Tage ist dieser Schalksposse noch  
in Gebrauch/ und können nicht allein die/ so zu Ihren Jahren  
kommen/ mit Sencckel knupsen/ Schloesser zu drücken/ und mur-  
meln etlicher Wort/ solches (puta das Junge Ehleute von Ehlt-  
cher Pflicht abgehalten werden) zu wege bringen/ weil der Pfarr-  
herr die Trauung verrichtet/ Sondern es wissens fast die Kinder/  
und unangesehen/ das Sie mit dem Teufel keine Verbündniß  
haben/ auch umb die schwarze Kunst nichts wissen/ Hilfft er ihnen  
Doch auffs treulichste/ und diese Crafft ist auch nicht den Sencckeln  
und andern mitteln zu zuschreiben/ sondern dem Teufel/ welcher  
aus Gottes Verhängniß als ein Erzfeind des Ehestandes/ die  
Vermehrung des Menschlichen Geschlechts/ so zu Gottes Ehren  
gereicht/ gerne hindern/ und zwischen Eheleuten Zank und Buel-  
nigkeit anrichten/ und Ehebruch verursachen wolte. Hæc ille.

(c) Imprecationes vero hic non intelligimus eas, qui-  
bus quandoque homines utuntur ex iracundia, ignari tamen  
diabolica istius artis. Imprecationes vero illorum effectum fac-  
tiantur

tiuntur quandoque permittente DEO, ut cognoscant iracundi qualiter animatus erga ipsos DEUS sit, quam severe punitam velit iracundiam. Sed illas volumus imprecationes, quæ per artem Sortilegam fiunt, ubi Sortilegi quid imprecationibus suis efficere credunt, cum tamen Dæmon ipsorum magister illud, concedente DEO, operetur.

(d) In descriptione hujus speciei veneficæ vel maleficæ communiter Dd. quos videre contigit, omnes, utuntur istis vocabulis, *Immundorum Spirituum immissione*. Quid autem per illa intelligant, nullus eorum exponit. Nec invenire licuit in ipsorum prolixis quibusdam tractatibus, quid ad ista verba referri possit, nisi intellectam velint obsessionem diabolicam, quod tamen minime huc quadrare videtur. Vel (quod propius accedit & quod sentire videtur Dn. Carpz. d. Pr. Crim. q. 50. n. 29.) nisi intelligant partus illos, ex concubitu Sagarum cum diabolo procreatos, qui verminum instar, & communiter à Germanis Elben, böse dinger / appellari solent, quibus sagas hominibus nocuisse eosque per fascinationem in crura brachia aliave membra hominum immisisse, ex illarum confessionibus habemus. Et comprobabimus confessionibus quarundam Sagarum, quas habet Dn. Carpz. Pr. Crim p. 7. q. 50. Sententijs Scabinorum Lipsens. insertas, quarum verba quatenus huc facere, & brevibus plura de ista materiâ proponere videbantur, transcribimus. In sententia an die Befehlshaber zu Wernigeroda Mens. Jan. A. 1583. data hæc habet: Das Sie vor drehen Jahren Mathes Herman zwen Paar gute Kinder / wie Sie es nennet / oder Elben zugebracht / auch ferner der Hartmanschen zu Denstadt / so Ihr ein Schock Flachs versaget / drey Paar weisse und schwarze / die reissende gute Kinder genand / in die Augen gebracht. In sententia An Moriz und Erhard Zanthier / Gebrüder zu Salsforch / M. Jun. A. 1593. Weil Sie aber dennoch nach der Tortur in guten ausgesagt / das Sie bey 12 Jahren mit dem bösen Feinde gebuhlet / und zu schaffen gehabt / und von Ihme alle 6. Wochen ein Paar Elben geböhren / derer Sie ein Paar Verheien Tochter hette zu-

gewiesen/ein Paar einem Hunde in einen bissen Brod gegeben /  
davon derselbe etnen hefftigen und immerwerenden husten be-  
kommen. In lent. An Michael Trillern / Schössern zu San-  
gerhausen / M. Jan. A. 1608. Ferner hat Inquisition bekand / das  
Sie mit dem Teufel/den Sie Schönhaus nennen müssen / um-  
gangen/und zu unterschiedenen mahlen mit Ihm zu schaffen ge-  
habt / welcher offtmahls beydes in ihren Wittbenstande/auch bey  
ihres vorigen Ehemannes leben/wenn er abwesend gewesen / Mit  
Ihr gessen und getruncken/und wenn er ankommen/habe Er Ihr  
einen Bauch voll Milch mitbracht/ so er durch seinen Rachen  
in ein gefäß/welches Sie Ihme dargestellet/ausgespie/daraus Sie  
hernach Butter und Käse gemacht/solche zum theil in Hause ver-  
braucht/ theils auch verkauft/das übrige aber vor das Viehe/  
auch wohl gar weggeschüttet. Wenn Sie zu jemand Zorn und  
Unwillen getragen/und demselben die Elben zubringen wollen/  
hette Ihr buhle Schönhaus in ein Milch oder Wasser gefässe et-  
ne mat. riam aus seinen Rachen träuffeln lassen/ darvon die bö-  
sen dinger oder Elben zubereit werden/ welche Sie folgend in  
Ihren Mund genommen/und in Ihres Buhlen Schönhaus o-  
der seiner Hellschen Gesellschaft Nahmen in dessen Kopf oder  
Leib/wohin Sie die begehret/von sich geblasen darauff die Per-  
son/der es gegolten/die Bösen dinger also fort bekommen. In lent.  
an Rudolph Sonnebergen/ Berwaltern in Sittichenbach M.  
Jan. A. 1613. Wenn Sie mit Ihren Buhlen zu schaffen gehabt /  
hette Sie weisse Elben/und derselben allzeit 10. bekommen/ so ge-  
lebet/spitze schnäbel und schwarze Köpfe gehabt/und wie die Jun-  
gen Raupen hin und wieder gekrochen/welche Sie zur Zaube-  
ren gebraucht/Ihr buhle Ihr auch/ehe sie mit Ihm gebuhlet/et-  
liche gebracht. It. Ferner habe Sie auch die weissen Elben mit  
den schwarzen Köpfen in Brandtwein gethan / und darinnen  
zergehen lassen / dieselbe auch klein zerrieben und in Kuchen ge-  
backen/ und solches auff Ihres Buhlen Lucasen befehl/ welcher  
gesagt/ Wenn Sie zu jemand Feindschaft hette/ Solte sie dem-  
selbendie Kuchen oder Brandtwein beybringen/darauff er an glie-  
dern

bern und Leibe übel würde geplagt werden. In Sent. An den  
Rath zu Schmiedeberg/M. Nov. A. 1621. Und hette selbiges mahl  
der Teufel Beeren Klauen am linken Beine/ auch einen grossen  
Hoffmännchen Rock an/ und Federn auffm Hütte gehabt/ Seine  
Natur und alles were an Ihn gar kalt gewesen/ nach solcher Ver-  
mischung weren die Eiben von Ihr kommen/ so wie schwarze und  
graue Fliegen ausgesehen/ und Sie dieselbe in Ihre schürze ge-  
fasset. In Sent. An Rath zu Leisnig/ M. Sept. A. 1615. Sie het-  
te sich auch mit dem Teufel/ Welcher in Gestalt eines Menschen  
und kleinen Männlein so offte Sie ihn haben wollen/ zu Ihr kom-  
men/ unnnenschlicher weise vermischet/ welches ohngefahr 20 mahl  
geschehen/ allzeit wenn er zu Ihr kommen/ hette er es zweymahl  
gethan/ und jedes mahl eine halbe auch wohl ganze Stunde ge-  
wehret/ Er hette membrum asinino fortius gehabt / und wenn  
Sie gleich das Creutz vor Sich geschlagen/ sey Er doch nicht ge-  
wichen. In Sent. an Ambrs Verwalter in Sittrichenbach M. Fe-  
br. Ann. 1612. Ibi: Er heisse Hans, das beytügen mit Ihr sey dazu-  
mahl auff der Erden geschehen / Seine pudenda seyn hart und  
kalt gewesen/ Und habe von Ihm nach 4 Wochen fünff paar bö-  
se Dinger erzeugt/ weren wie weisse Würme gewesen/ und hetten  
Schwarze Köpfe gehabt/ die habe Sie der Hirtischen Margare-  
then in das lincke Bein gebracht und gezaubert durch nachfolgen-  
gen Spruch: In Thume steht die Rosen blume/ Sie ist weder  
braun noch fahl/ So müssen die Huffsinger zerstäuben und zerr-  
fahren/ und kommen der Hirtischen Margarethen ins Teufels-  
Nahmen an. Hactenus Dn. Carpov.

[e] Diabolus siquidem ut ait Ghirl. q. 6. n. 11. est medicus  
excellentissimus, qui medica experientia quoscunque viros, eti-  
am excellentissimos practicos mirabiliter superat, & mirabilem  
habet virtutem & potestatem cognitivam circa naturalia & se-  
creta naturæ. Plus enim de iis ipse solus est instructus, quam o-  
mnes homines in mundo simul, inquit idem d. q. 6. n. 2. Et si nō  
habeantur quædam herbæ in hac vel illa regione, curat ille af-  
ferri ex Agypto & partibus Orientalibus, aliisque locis ubi naf-  
cun

cuntur. Et ex ejusmodi herbarum venenatarum folijs vel radicibus componit ipse diabolus, vel componere docet Sortilegos pulveres venenatos, potus; ut ex quibusdam, quos ipse examinaverit se audisse refert Ghirl. *d. n. ii. Gilhaus. etiam d. r. c. 2. tit. 17. n. 8.* testatur, confessas fuisse nonnullas veneficas, diabolum statim post foedus cum ipso initum tradere pulveres, quibus ijs, quos offendere cupiunt, aut mortem ipsam aut morbum gravissimum inferre possint. Pulverem vero triplicem præ se ferre colorem, nigrum, cinericeum & album. Ille enim qui hominem plane necare debet, atri coloris est; qui vero ad inferendos morbos preparatus est, coloris cinericei, & secundum Gilhaus. partim rubri. Tercius albi coloris est, per quem Sortilegi morbis agrotantium mederi possunt, & quidem vel in decumbentium, cibum & potum illum miscentes, aut corporibus eorum admoventes. Gilhaus, *d. l. Berlich. p. 4. Concl. 3. n. 8.* Nic. Reming. *rr. de Demonolatr. lib. 1. c. 2.* qui hoc refert ex confessione Claudiæ Felleæ Muzelii *M. Nov. A. 1584.* Johannæ à Bonno Marij *M. Jun. 1585.* Nicolæ Piscatricis Girbevillej *M. Mai. 1586.* & aliarum quibus autem ex rebus Sortilegi pulveres & alias mixturas præparent, quomodo unguenta sua conficiant, quos morbos & dolores per illa inducant, cum pagine, quæ in disputationibus solent esse breviores, haud admittere videantur, videri potest Ghirl. *d. q. 9. n. 11. circ. fin. n. 12. 13. & 14.* Hic saltem referre lubet exemplum de pluvie ejusmodi malefico ex Informatione Grimæ ad Scabinos Lips. *A. 1550.* transmissa: Das Ein Bauersman Urban P. genand etliche Haufgeräthe Verlohren/ Welches Verlusts halber Er eine Weibs Person seine Nachbahrin in Verdacht gehabt/ das Ihm aber das Weib keines Weges geständig seyn wollen. Es hat aber gleichwohl gedachter Urban P. nicht nachgelassen/ und darüber einer Wahrsagerin Rath/ wie er wieder zu seinen Verlust kommen möchte / gepflogen. Welche Ihm denn unter andern/ als Er sich selbst gegen gedachter Frauē und sonst alaubwürdige Mäner hat hören lassen/ Ihr bedencken auff nachfolgende maas vermeldet. Er solt  
re

te sein Gemüthe zu Frieden stellen / und sich wiederumb anheim  
begeben / und so Er solchen seinen geklagten Verlust in dreyen  
Tagen nicht wieder überkäme / Solte er aus den bemeldten Frau-  
en Hauses dach einen schaub ziehen / und Ihr demselben zubrin-  
gen / allsdann wolle Sie Ihm ein Pulver auch darneben keinen  
Rath geben / wie Er sich damit verhalten solle. Nach dem er a-  
ber bestimmter dreyer Tage abgewartet / Und sein Hausgerethe  
nicht wieder bekommen / Hat er sich nach der Wahrsagerin Rath  
verhalten / den Schaub aus den Dache gezogen und der Wahrsa-  
gerin gebracht / auch weiter Ihres Raths drauff gepflogen / wel-  
che Ihm das Pulver zugestelt / mit solcher erklärang: Das Er  
dasselbe in der Frauen Haußthüre streuen solte / so würde Er Ihr  
alles Weh erwecken / daß Sie Ihm den entwandten Verlust / so  
fern sie anders denselben in Ihrem gewehren hette wieder zustel-  
len würde: Welchem Rath er also nachgelebet / Zumassen Er  
denn solches sich gegen gedachter Frauen / und die oben angezeig-  
ten 4. Mans Personen / öffentlich sonder scheu hat berühmt und  
vernehmen lassen. Es hette sich auch alsobald drauff zügetragen /  
das offgedachte Frau / welche die Zeit über mit Schwängern Lei-  
be gegangen / mit solchen Wehtagen überfallen / und in solchen  
Schmerzen der Worr / mit welchen offterwehnter Urban P. sich  
kürz vorher hat vernehmen lassen / eingedenck / zu Ihm gegan-  
gen / und gebethen / Er wolte sie mit solchen grossen Schmerzen  
nicht beschweren denn sie habe von seinen Verlust ganz keine Wis-  
senschaft: Welcher entschuldigung aber Urban P. keine stat ge-  
ben wollen / sondern sich aber gegen 3. Glaubwürdige Männer  
verlauten lassen / Da Er das seine von der Frauen nicht wieder be-  
käme / so wolt Er Ihr besser begegnen / Und ist das arme Weib in  
solchen geschicht / in solche beschwerung kommen / daß Sie eine  
Todte Frucht zur Welt geböhren.

(f) De quibus vid. Ghirl. d. 9. 6. n. 11. circ. fm. 12. 13. 14. & passim  
autores. Berlich. etiam d. p. 4. Concl. 3. n. 10. refert ex confessione  
Francisci Felxi Metalij M. Jan. 1584. Margarethæ VVarnez  
Roncaili M. Decemb. A. 1586. Matheoræ Gvilleræ Pangeji. A.

1584.



1584. quod si venefici pulverem suum cibis inferre vel potui,  
vel homines eo aspergere nequeant, quod tunc habeant vir-  
gas vel baculum eo pulvere illitum, quem gestant occasione  
abigendi pecoris vel canis, quo deinde illos quos infectos volūt  
quasi per iocum tangunt, & pulvis statim efficaciam suam con-  
sequitur, ut vel homines necentur vel morbis afficiantur. Vel  
habet venefici manus tantum pulvere illitas, aut vestes eo tin-  
ctas, quibus deinde illos quos perditos volunt, tangunt, & sta-  
tim virus illorum vestimenta penetrat, & eos magno dolore af-  
ficit. Berlich. d. l. n. 11. Putat tamen n. 12. cum Nic. Reming. l. 1. c. 3.  
quod manus & vestes veneficorum hoc pulvere illite, non in-  
distincte omnibus noceant, licet illis tangantur & appren-  
dantur homines vel pecudes, sed tantum illis, quos morbo af-  
fectos volunt. Vel pulverem, herbas, quisquillas & similia  
spargunt ibi, ubi ire solent illi, quibus nocere cupiunt, Berlich.  
d. l. n. 13. Ex quam autem materia confectum & unde habeant  
pulverem Sortilegi, colligere etiam est ex relatione sagarum  
quarundam, quam recenset Hermannus Neuwald /  
dicto rr. D. 4. lat. 2. his verbis: Bodinus  
Der Frankosch schreibt / daß umbs 1564. Jahr zu Puttiers in  
Franchreich / etliche Hexen / so zum Tode Verurtheilt worden /  
bekand haben / wie sie alle Jahr in eine grosse Versammlung vieler  
Zauberer und Hexen ziehen / Kommen zusammen bey einer Ge-  
richtsstadt an Kreuzwege / Ihr führe sey gewesen ein schwarzer  
Bock / der die umbstehenden mit Menschlicher Stimme angere-  
det / Sie aber haben umb Ihn gedanket / Hernach Ihn den hin-  
dern / mit einer Brennenden Sackel geküsst / so bald das geschehen /  
werde der Bock von Feuer verzehret / Von der Aschen aber neh-  
me ein jeder etwas / damit er seines Nächsten Viehe tödte / von  
Menschen / diesen mit langwiriger Krankheit Abmatte / Jenen  
aber gar Todt mache. Aufss letzte schreue der Teuffel mit greu-  
licher Stimme: Rechet euch oder Ihr werdet des Todes seyn:  
Und bald komme ein jeder an den Ort / daher Er gekommen.

g) Possunt n. non modò necare homines & pecudes, sed mor-

D

2

bo

bos etiam inferre, quod jam dictum. Et refert notabile exem-  
plum de Duffo Rege Scotorum maleficio laeso Berlich. *d. p. 4.*  
*Concl. 3. n. 14.* ex Hectore Boethio *l. II. Hist. Scotic. & aliis.* Cum  
a. venefici morbos avertere & vulnera hyperphysicis modis sa-  
nare possint, teste Berlich. *d. Concl. 3. n. 15.* & aliis ab eo ibidem  
allegatis, non immerito quaeritur: An illud modo faciant li-  
cito, an v. illicito? R. Sortilego modo & Diaboli auxilio hoc  
facere, Ghirl. *q. 2. n. 4.* his docet verbis: Non putes quod cura-  
tiones hujusmodi fieri soleant absque Scientia malefica artis &  
demonis instructione, quia malefica illę pollutiones destrui  
non solent nisi per ejusdem artis Magistros, vel qui sint Diabo-  
licā professione bene instructi, aut illius quoquo modo parti-  
cipes, quia maleficia ipsa absque demonis ministerio atq; suf-  
fragio tam rebus ipsis quā verbis communiter inferri non so-  
lent in corporibus, pariter nec tolli. Latius differentem vid.  
Ghirl. *d. l. & Damhoud c. 61. n. 91. & seqq.* Addit & Ghirl. *q. 2. n. 5.*  
hæc: Non nego tamen, quod si agritudines ipsæ ex rebus dun-  
taxat naturalibus causentur, putā veneno, ex rebus etiam na-  
turalibus contrariis tolli possint absque Dæmonis operatione,  
si homines per se aut naturali scientia hæc scire possent, & na-  
turalium virtutes & potentias ita subtiliter agnoscerent, sicut  
Dæmon. Est n. ille, inquit Damhoud. *d. c. 61. n. 96.* secre-  
torum, morborum & rerum naturalium longè peritissimus, e-  
oque ob cognitam omnium rerum vim, virtutem ac efficaciam  
Medicus exactissimus, quam curandi artem nulli revelat, nisi  
sibi fidentibus, ac Diabolicam hanc artem professis. Atq; hinc  
fit, ut vulgus dicat, morbos hujusmodi per nullos naturales  
Medicos posse curari, sed per eosdem tantum magos & incan-  
tatores, aut per alios ejusdem professionis, quā aliis & malefi-  
cia inferunt, eademq; illata citius eripiunt. Exindè facile  
cuilibet colligere licebit, quid sentiendum sit de illis, quos Ger-  
mani nostri appellant Kluge Männer / Kluge Frauen / quorum  
auxilium multi hodiè quoque implorare solent, non tantum  
si diutius aliquo premantur morbo, sed etiam si furto amissa

ecce

recuperare desiderent. Mihi videretur, quod ij non malè de-  
ferrentur ad Magistratum, qui examini probatorum Medico-  
rum ipsorum subjiceret medicinam: Hæc v. malè sana reperta,  
Medicos hujusmodi & agros ipsorū dignas, loco salarii, luere  
facere pœnas. Plures quidem hic non incommodè addi pos-  
sent quæstiones: An Lamie imbres, grandines & tonitrua ex-  
citare? an se in lupos & alia animalia transformare possint? An  
saga verè cum Diabolis concumbant? An ad comitia sua verè  
ac realiter deferantur? &c. Sed qui de iis plura desiderat, adeat  
Dn. Carpz. *Pr. Crim* p. 1 q. 48. & 49. Berlich. *d. p. 4. Concl.* 3. Cil-  
haus. *d. tr. c. 2. tit. 17.* Ghrl. *d. tr. de Sortileg.* & alios allegatos à no-  
bis, & Autoribus jam dictis. Cum nostri instituti non sit, omnia  
ex professo tradere, & quædam etiam extra messem nostram es-  
se videantur. Sed debuimus tantum quædam generaliora  
premittere, ut quænam singulis applicanda pœnæ, videre me-  
lius possimus. De pœnis itaque Sortilegorum jam nobis agen-  
dum erit.

#### THES. VIII.

Pœnæ in Sortilegos Jure Divino a) Canonico b) Civili c)  
Imperiali d) Saxonico e) variæ constitutæ reperiuntur, quæ ta-  
men hodiè f) non omnes observantur.

a) Capite n. plectuntur per text. Exod. 22. 19. *Maléficos non  
patiaris vivere habet* Vulgat. quod vertit Lutherus: *Die Zäu be-  
rinnen soltu nicht leben lassen.* Lev. 20. v. 6. *Anima qua doctina ve-  
rit ad Magos & Ariolos, & fornicata fuerit cum eis, pœnā faciem me-  
am contra eam, & interficiam eam de medio populi sui. & vers. 27.  
Vir sive mulier, in quibus est pythonicus vel divinationis spiritus,  
morte moriatur, lapidibus obruent eos. sanguis eorum sit super illos.  
Confer. Exod. 22. cap. v. 18. Deuter. 18. v. 10. & seqq. Nec inveniatur in  
te, qui illustret filium suum, aut filiam ducens per ignem, aut qui a-  
riolos sciscitetur, & observet somnia atq; auguria: Nec sit maleficus,*

nec incantator, neq; qui Pythones consulat, nec divinos & quærit  
mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus & pro-  
pter ejusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. Bald. l. 3. c. 5. cas. 13.

b) Distingunt hîc Dd. inter Sortilegia quæ expressam & ma-  
nifestam sapiunt hæresin, & inter ea quæ hæreticalia non sunt  
Quænam autem hæreticalia sint inquirendum omnino. *Clau-  
rus lib. 5. sent. § hæresis. n. 25.* distinguit ita. Aut invocantur dæ-  
mones, ut quis sciat futura, & hoc sapit hæresin manifestam,  
quia tribuit diabolo id, quod est propriû DEI: Aut invocantur  
ad alium finem, puta ad tentandam pudicitiam mulieris vel  
hujusmodi alia, & non sapit hæresin, quia advocatur Diabolus  
ad id, quod ei maxime convenit, cum sit tentator animarum.  
Ghirl. autem (cujus autoritas, etiamsi, hâc in materia, nullis  
firmetur, legibus, pro lege habetur, Berlich. d. p. 4. Concl. 5. n. 66.)  
q. 10. n. 4. & seqq. plenius ita distinguit: Aut Sortilegus est de ex-  
pressa professione diabolica, aut malefici hujusmodi sunt taci-  
tæ professionis. Primo casu dicit, quod qualitercunque fiant i-  
sta sortilegia semper dicuntur sapere hæresin manifestè, si non  
respectu operis, saltem respectu operantis, qui est verè & pro-  
priè hæreticus. Secundo casu subdistinguit, aut imploratur  
auxiliû dæmonis ad ea faciendâ & cognoscendâ, quæ ipse dæmôn  
sua naturali virtute & potestate facere potest, Divina virtute nō  
reprimente, & ista non sapiunt hæresin manifestè: Aut implo-  
ratur ad ea, quæ de suâ natura scire & facere non potest, quia  
sunt de his quæ pertinent ad ipsum Creatorem, & ille qui credit  
diabolum ea facere posse, est hæreticus & pagano deterior. quæ-  
nam autem sint illa quæ reservata habet DEUS, & quæ solus &  
scire & facere potest, quæque ea, quæ diabolus scire & facere po-  
test, vid. Ghirl. d. l. n. 1. & seq. vel potius consulantur Theologi  
Orthodoxi. Jam concludunt, Dd. quod sortilegia illa, quæ expres-  
sam sapiunt hæresin, pœna hæreseos plectendâ sint indistinctè  
sive sint Divinatoria, sive Amatoria, sive venefica. Berlich. d. p. 4.  
Concl. 5. n. 8. & alii ab eodem allegati. Sivero Sortilegia non sint  
hæreticalia, quod Sortilegi arbitrarie pro qualitate facti, perso-  
næ,

næ, conditionis & delinquentis animo, modò levius, modo gra-  
 vius puniendi sint. Aliquando enim quadraginta dierum ut  
 in cas. cap. 1. X. de Sortil. aliquando totius anni vel longioris tē-  
 poris ut in cas. cap. 2. X. eod. aliquando quinquenij, ut in cas. can.  
 qui divinationes 2. Can non liceat. 3. caus. 26. q. 5. pœnitentia reo im-  
 ponitur. Interdum ab honore dignitatis suspensis & suis be-  
 neficiis exutis, perpetua pœnitentia indicitur, ut in cas. can. si  
 quis Episcopus 5. d. caus. 26. q. 5. Quandoque, si servi sint, verberibus  
 cruciatibusque, quibus ad emendationem pervenire valeant,  
 castigantur; si vero sint liberi, inclusione digna districtaque in  
 pœnitentiam rediguntur; ut qui salubria & à mortis periculo  
 revocantia audire verba contempnunt, cruciatus saltem eos cor-  
 poris, ad desideratam mentis valeant reducere sanjtatem, ut in  
 cas. can. contra idolorum 10. caus. 26. q. 5. nonnunquam etiam ab  
 Ecclesia per excommunicationem projiciuntur, ut in cas. can.  
 non oportet 4. can. aliquanti Clerici 6. can. auguriis. 11. d. caus. 26. q. 5.  
 Imo etiam anathema esse jubentur, ut in cas. can. si quis ariolos. 1.  
 can. sortes quibus 7. caus. 26. q. 5. Add. Bocer. class. 4. Diss. 10. tb. 36. &  
 alios.

(c) Civ. Jure etiam diversæ reperiuntur constitutæ pœ-  
 næ ut videre licet ex textibus Digestorum, Codicis & Institut.  
 potissimum ex l. cetera 4. §. 1. D. famil. hercisc. l. item. 1. §. si quis a-  
 strologus 13. D. de Iniur. & fam. lib. l. eiusdem legis 3. §. legis Cornel. 5.  
 sub fin. l. ex Senatusconsulto 13. D. ad. L. Corn. d. sic ar. l. nultus aruspex.  
 3. in med. versillo aruspice. l. eorum 4. l. nemo aruspice §. ult. l. multi  
 6. sub fin. l. etsi excepta. 7. sub fin. C. d. Mal. & Matb. §. item. Lex. Corn.  
 d. sic. 5. sub fin. vers. eadem lege & venefici. Inst. d. Pub. Iud. Ut ta-  
 men diversitatem istam pœnarum in ordinem quasi redigeret  
 Berlich. quatuor casus formavit, illisque omnes inclusit d. p. 4.  
 Concl. 5. n. 30. & seqq. Primus casus est: Si quis aliquem veneno  
 extinzerit vel artibus odiosis & magicis susurris occiderit, vitâ  
 infantis labefactaverit, elementa turbaverit, grandines excita-  
 verit, & segetes laeserit, vel inimicos suos malis artibus confe-  
 cerit, quod ille capite sit plectendus. d. §. 5. sub fin. Inst. d. P. Iud. &  
 ho-

honestiores in insulā deportandi, humiliores vero bestiis sub-  
 jiciendi, *l. eiusdem legis 3. §. legis Cornel. 5. l. ex SCto. 13. D. ad L. Corn.*  
*et sic. l. item apud Labeonem. 15. §. si quis astrologus 13. D. d. In. & fam.*  
*lib. L. multi magicis 6. C. d. M. & M. II. Si aruspex incantator*  
*vel magus ad domum alterius accesserit, ut eam suis sortilegiis*  
*in posturis & magicis artibus veneficiat: & tunc propter gravi-*  
*tatem delicti (quoniam ex hoc maleficio tota domus inficitur*  
*ita ut nemo ibi consistere possit, sed omnes qui eam introeunt*  
*vel inhabitare velint, aut morbo afficiantur, aut penitus extin-*  
*guantur) merito talis veneficus concrematur. Ille vero qui eū*  
*advocavit, post confiscationem bonorum in Insulam deporta-*  
*tur l. nullus aruspex. 3. C. d. M. & M. III. Si quis nemini noc-*  
*et, sed saltem divinare & futura arte diabolicā prædicere co-*  
*natur, tunc, quia horrendum quod diabolo se assoriaverit, & ea*  
*quæ soli DEO conveniunt attentaverit, gladio punitur l. nemo*  
*aruspicem 5. l. ult. C. de M. & M. IV. Si quis maleficii convictus*  
*fuerit per testes, is vero testibus repugnaverit & factum negave-*  
*rit, ille debet aculeo dedi, unguis que sulcantibus latera, pœ-*  
*nas proprio dignas facinore perferre. l. et si excepta 7. in fin. C. d.*  
*M. & M.*

(d) Quo referimus Constit. Criminal. Caroli V. art. 109.  
 quæ circa pœnas Sortilegis infligendas distinguit, an ij artibus  
 suis magicis, quæcunque illæ fuerint, sive incantando, tonitrua  
 excitando, pocula amatoria præbendo etc. damnum dederint,  
 an vero ex arte ipsorum diabolica damnum haud fuerit insecu-  
 tum. Priori casu decidit, quod igne concremandi sint Sortilegi  
 non attento, an damnum fuerit ingens vel non. Non enim di-  
 stinguit hæc constitutio. Posteriori vero arbitrariā pœnā, quam  
 Juris periti dictaverint, locum habere. Constitut. autē Caroli  
 hæc sunt verba: So iemand den leuten durch Zauberen scha-  
 den zufüget soll man Ihn straffen Von Leben zum todt/ und  
 man soll solches mit dem feuer thun. Wo aber iemand zauberen  
 gebraucht/ ud damit Niemand schaden gethan hatt/ soll gestraffe  
 werden nach gelegenheit der Sachen/ darinnen die  
 Rathes

Raths gebrauchen sollen. Non'Obst, Const. Crimin' art. 130.  
Non enim loquitur de Sortilegis.

[e] In Saxonicum autem duplex habemus, Commune & Provinciale. In Sax. Communi habemus textum expressum lib. 2 Land Recht art. 13. circ. fin. qui Sortilegos igni subjicere jubet, his verbis welcher Christen Man oder Weib ungläubig ist oder mit zauberey umgehert oder mit vergifftnis / und der überwunden wird / die soll man auff einer hörden breñen. Quid per magos zauberer gloss intelligat, videre est ibid: in vocab; oder mit zauberey. Inquit enim das sind, die mit wahrsagen und segnen oder dem bösen Geist umgehen. Quomodo diversimode textus iste acceptus & interpretatus fuerit, paucis jam videbimus; quid vero hodie obtineat inferius dicemus. Olim Scabios Lips. generaliter admodum intellexisse istum textum, testatur Coler p. 1 decis. 180. n. 6. adeo ut non distinxerint, an nocitum fuerit alicui cum talibus incantamentis, an non. Ita ut ariolis, qui accepta pecunia magicis artibus manifestabant fures rerum privatarum, item inventoribus thesaurorum per illicitas artes, poenam concremationis dicitur. Alias expositiones hujus textus videre licet in Consult. Const. Sax. tom. 2. p. 4. q. 7. ubi n. 3. hæc: welche sich vom Christen Glauben abwenden / und dem teuffel sich ergeben / auch demselben profession thun / und verbündnis mit ihm machen / oder mit demselben unzuchtiger weise zu schaffē gehabt / istos absque distinctione sive damnum dederint, sive non, concremandos esse, patet ex particula disjunctiva, vel, quasi fuere Consultatores; & exponunt mentem ulterius n. 4. his verbis: dan ob wohl der text. l. 4. C. d. Mal. & Matb. und des Reichs Weintliche Gerichts Ordnüg art. 109. quoad poenā mortis infligēdanur darauff sehē / ob die Zauberer zu einē schädlichen Ende / und den Leuten zu Nachtheil / oder aber zu keinem schädlichen Ende gebraucht wird. So ist dennoch an Ihm selbst immane admodū & horrendum crimen, und gleich fornicatio spiritualis, Wann böse Leute von den Wahren Glauben und unsern einigen Heiland Christo abfallen, und sich dem ledigen Teuffel ergeben / demselben profession thun / und höher halten / als die Ewige Göttliche

che Majestät selbst/auch mit demselben Vnmenschlicher Weise zu schaffen haben. Item si damnum datum tantum fuerit, licet pactum cū Dæmone initū non fuerit. ibi: Oder auch den Leuten mit Zauberer Schaden zu fügen/hette es unsers erachtens keine Zweifel/das dieselben mit dem Feuer vom Leben zum Tode zu straffen weren. Quod tamen, quod de damno dato dixerant, sub distinctione acceptum volunt n. 6. an hominibus an brutis nocitū fuerit, & quod de illis non de his dicta sint accipienda: hoc v. casu pœna fustigationis cum perpetuâ relegatione infligenda reis, his verbis: Diweil aber nicht zu verneinen/das an einem Menschen als der Edelsten Creatur mehr gelegen als an einem Vnvernünfftigē Thier. So solte unsers erachtens die Zauberer/dadurch keine Leute/Sondern nur das Vieh und unvernünfftige Thier beschädigt werden/etwas linderer/Als nemlich mit der Staupe und Ewiger Verweisung zu straffen seyn. Nisi damnum sit tantum, ut pœna furti locum habere possit, Es were denn das Verbrechen und der Schade mercklich und so gros/das Er als ein Dieb daran am Leben zu straffen/auff den fall solte auch dißfalls die Todes straffe nicht unbillig statt haben. Qui verò nec professionem fecerint Diabolo, nec damnum dederint, sed artibus magicis, chrystallis & similibus operam navarint, vel carcere vel relegatione vel fustigatione etiam, secundum circumstantias personarum & facti, plectendi, secundum illos d. l. n. 7. Admittunt etiam Consultatores tom. I. p. 4. q. 70. n. 8. distinctionem, an per magicas artes damnum datum fuerit vel nō: Als da Zauberer dadurch Schaden zugefüget/mit dem Feuer/Sonsten wann sie ohne jemandes Schaden gebraucht wird/Willkührlich gestrafft wird. Jure Sax. provinciali in Const. maximè Elect. August. (quæ Juris Sax. communis declaratoria, & secundum quas exteri etiam Jure Sax. utentes pro



pronunciare solent, teste Dan. Moller. *Comment. ad eadem*)  
quænam pœnæ in Sortilegos sint constitutæ, quæ hodiè etiam  
nùm in Electoratu nostro vigent, videbimus infra, ubi de pœ-  
nis, quæ hodiè obtinent, agemus.

f] Quænam a. ex omnibus enumeratis pœnis hodiè obti-  
neant, & quænam diversarum professionum Sortilegis hodiè  
infligi soleant, si querat quis, respondendum erit sub distincti-  
one, quam sequitur Dn. Carpz. *Pr. Crim. p. 1. q. 49. & 50.* de qua  
etiam sub *ib. 3.* dictum, quod videndum nim. sit, an Sortilegus  
puniendus pactum habuerit expressum, & istis uniformis con-  
stituta est pœna; an v. citra aliquam conventionem expressam  
professionem sortilegam faciant, & isti cum non delinquant  
equalitèr, nec æqualem patiuntur pœnam. Plura de omnibus  
in sequentib.

### Thes. IX.

Conventione expressa Diabolo sese mancipantes Sortilegi,  
quicumque illi a) & cujuscunque Sexus b) vel conditionis c) fu-  
erint, indistinctè d) etiam cum illo saltèm concumbentes, e) i-  
gne puniuntur f).

a) Sive Divinatoriam, sive Amatoriam s. veneficam profite-  
antur artem. Idem n. de omnibus iudicium. Nam ignis istud  
supplicium statutum est in Sortilegos principaliter, ob pactio-  
nem quam cum Dæmone habent, nullâ adhibitâ professionis  
distinctione, & videre est ex verbis Const. El. Aug. 2. p. 4. ibi:  
So jemand in Vergessung seines Christlichen Glaubens mit dem  
Teuffel Verbündniß auffrichtet/umbgehret oder zu schaffen hat. Et  
jubent hoc plurima concurrentia peccata, de quibus elegan-  
ter JCrissimus Dn. Carpz. *Pr. Crim. p. 1. q. 49. n. 20.* Multiplicitèr  
liquidem, *Inquit ille*, peccat, qui Diabolo se mancipat. Deo nè-  
pè Creatori suo renunciat, foedus baptismi rescindit, Filium  
Dei abnegat, omnia Christianæ Fidei documenta relinquit,

Sacramenta Ecclesiae projicit, pedibusque conculcat, Dei beneficia detestatur, nomen Dei horrendis blasphemis & convitiis afficit, Diabolo perpetuum vasallagium praestat, quod nunquam ad Fidem Christianam redire, nec divina praecepta servare, sed Dæmoni perpetuis temporibus obedire, & continuè, cū vocatus fuerit, ad ludos & congregationes nocturnas venire, & ea, quæ in eis per alios Veneficos fiunt, facere, sacrificiis illorū nocturnis adesse, solitasque preces & cultum praestare, Diabolū adorare, & vota quaecunque praestare contigerit, pro viribus adimplere, & quoscunque poterit alios, ad eandem professionē adigere velit, denique corpus & animam suam Diabolo in æternam damnationem tradit. Licet Francisc. Ponzini Bius *tr. de Lamiis &c.* expressam ejusmodi pactiōnem cum dæmone inire maleficos, & abnegato deo Salvatoreque suo, Diaboli ministerio contra Deum se directè mancipare, non credat, sed conventiones ejusmodi somnia potius, imaginationes & illusiones esse, contendat. Indè & *ibid. n. 45.* & seqq. fusiùs probat, Lamiis ad ludos vel conventus Diabolicos non deferri realitèr ac verè, sed illudi ita saltè. Cui ad stipulatur Joh. Wier, Wilhelmi, Ducis Juliacensis &c. Medicus, *tr. de praestig. Daemon. libr. 3. rubr. edit. mihi Germ.* Wie die Hexen nicht Versühret würden/ Sondern bleiben an einem Ort die Zeit ihres gespiels wie sie meinen/ und gemeiniglich im Schlass als entzückt. Isti tamen Defensores Diaboli illiusque ministrorum ministri simul, refutati jam dudum, illorumque argumenta explora à magni nominis viris, qui videri poterunt ap. Berlich. *d. p. 4. Concl. 3. n. 36.*

b) Non n. distinguendum erit inter foemellas & masculos, cū foeminae pariter ac masculi hoc in genere delicti eodem planè modo peccent atque delinquant, *inquit, Dn. Carpz. q. 49. n. 45.* nec immeritò eodem supplicio plectendè erunt, quia calus quos necit paritas æquitatis, aut identitas rationis, non sunt quoad Juris dispositionem separandi. *l. à Titio 108. D. d. V. O. l. illud. 32. D. ad E. Aquil. Coler d. process. executiv. p. 4. c. 1. n. 38. Lex divina nullum facit discrimen inter mares & feminas juniores.*

308

aut adultas, sed indefinite dicit: Sive vir s. mulier, in quibus  
est pythonicus vel divinationis spiritus, morte moriatur Lev.  
20. 27. Frid. Bald. *Cas. Conf. l. 3 c. 5. cas. 1.* Generaliter etiam loqui-  
tur Sereniss. Constit. d. p. 4. const. 2. *So jemand &c.* Jam autem  
Juris Consultus Paulus *l. 1. D. d. V. S.* expressè dicit: *Verbum*  
*boc, si quis, tam masculos quam feminas complectitur.* Imò ex-  
pressè s. seq. nominat fœminas etiam: *So soll der Zauberer/  
Man, oder Weibe Person &c.* licet loquatur s. ille de illis, qui  
absque pacto sortilegi vel sortilegæ; tamen optimè argumentū  
à minori ad majus applicabitur hîc. Denique & ita observa-  
tum, & fœminam, quæ fœdus inierat cum Diabolo, ad trien-  
nium cum eo rem habendo, ad ignem per Lipsens. damnatam  
fuisse testatur Matth. Coler. *dec. 180, n. 12.* Idem, quod differē-  
tia sexus admittenda non sit, videre licet ex plurimis Sententis  
Scabin. Lipsens. quas habet Dn. Carpz *p. 1. q. 50. in fin.* Nec ridi-  
culâ sua excusatione audiendi erunt sortilegarum Patroni, ac  
si aniculæ, ut potè quæ ad melancholiam pronæ, potius mise-  
ricordiâ quàm tantâ severitate dignæ. Eleganter n. his respō-  
det Balduin. allegatus *inquiens:* Neque fœminæ omnes sunt ve-  
tulæ, sed interdum statæ ætatis, quin & puellæ vix 12. aut 15.  
annorum, in quibus malitia superat ætatem. Quod si profe-  
ctioris sunt ætatis, propterea non sunt meliores, sed ex diuti-  
ore exercitio suæ artis inveterata est in ipsis malitia, adeoq; se-  
veriorē pœnam merentur, quo diutius peccârunt.

c) Adeò ut nec Clericis immunes sint à pœna istâ. De qui-  
bus vid. Ghirl. *q. n. n. 17.* ubi docet, quod Clerici qui causa cu-  
juslibet doloris ac amaritudinis permoti, aut altare divinum  
vestibus sacris exuere præsumserint, aut qualibet aliâ lugubri  
veste accinxerint, sive etiam, si consveta luminariorum sacro-  
rum obsequia de templo dei subtraxerint & extinguere præcepe-  
rint, honore & dignitate sint privandi, adeoque infames effi-  
ciantur. Vel si sauciati inimicitia, dolo missam pro requie de-  
functorum promulgatam fallaci voto pro vivis student celebra-  
re hominibus, non ob aliud, nisi ut is, pro quo ipsum offertur

sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interventu, mortis incurrat periculum, quod tunc non solum ipse sacerdos à proprii ordinis deponendus sit gradu, sed simul cum eo ille, qui eum ad talia peragenda incitasse, perpenditur, exitii perpetui ergastulo relegandi, per *can. quicumque* 13. *caus. 26. q. 5.* Item *vid. Eund. q. 14.* ubi agit de sacerdotibus, qui super rebus profanis & aptis ad faciendum sortilegia missas celebrarunt, adhibitis nefariis & inhonestis precibus verbisque superstitiosis, quod illi planè sint deponendi *arg. Can. si quis Episcopus* 4. *caus. 26. q. 5.* Item *q. 16.* ubi notat, si quidam sacerdos res sacras vel sacratas sortilegiis commiscuerit, debeat deponi, & omnibus suis officiis & beneficiis, ordine, gradu & dignitate privari & in perpetuū carcerem detrudi, aut in exiliū perpetuum mitti *arg. d. can. Si quis Episcopus* 4. & *can. quicumque* 13. vel quod etiam arbitraria pœna istis in casibus secundum *Abb. in c. 2. X. h. t.* iudicis arbitrio inspectis circumstantiis imponenda. Quæ licet omnia exaudienda sint de Clericis sortilegis, qui non pacto aliquo expresso se Diabolo manciparunt, tamen non adest aliqua ratio diversitatis, ob quam dici possit, quod illo in casu, ubi se pacto expresso obstrinxerunt, exempti sint. Imò generaliter *Const. Crim. Carol. V. art. 109. Const. Elect. Aug. 2. p. 4.* loquitur, ut illos sub vocabulis, *si quis, Solum mand/* comprehendere, non facile quis negaverit; Et regulæ tam diu standum, donec exceptio probetur. Graviusque in illis videtur hoc peccatum, qui Diabolo magis resistere, & non solum suarum sed aliarum etiam animarum curam habere debebant. Si v. dubitet quis, an dentur ejusmodi Sacerdotes, qui pacto se mancipant demoni, ille adeat *Dn. Carpz. p. 1. q. 48. n. 13.* ubi ex Petri Mamorii *lib. d. Lamiis* testatur de M. Gvilielmo Linensi D. Theologia, qui resipiscens confessus fuit, se per noctem cum magis aliis persepè deportatū fuisse, ut diabolum adoraret, modo humanâ specie, modo hircina conspicuum, & religioni toti se renunciassie. Imò obligationis ejusmodi expressæ cum diabolo contractæ instrumentū repertum fuit penes ipsum, in quo inter alia comprehensum,  
Dq-

Doctorem obligatum esse, ut publicè concionaretur: quies  
quid diceretur de magis, fabulam esse, non posse hoc fieri, nul-  
lam fidem istis sermonibus esse habendam. Quo factum ut ita  
mirum in modum numerus auctus fuerit magorum, dum ab il-  
lis persequendis Magistratus abstinuerit.

(d) Non attenta distinctione I. an damnum dederint  
Malefici, vel non. Ita enim pœna ignis ipsis imponenda, licet  
nemini prorsus nocuerint, sed vel solum conventibus diabo-  
licis in monte Brueterorum interfuerint, vel cum dæmone cõ-  
mercii quid habuerint, aut tantummodo ejus auxilio confi-  
derint, ni/ prorsus præter ea efficientes. Dn. Carpz. d. 9. n. 23.  
qui assertionis hujus, præter textum expressum in *Const. 2. p. 4. S.*  
*i. ibi: So iemand in Vergessung seines Christlichen Glaubens*  
*mit dem Teuffel Verbündnuß auffrichtet/umgehert oder zu schaffe*  
*hat/das dieselbe Person/ob sie gleich mit zauberem Niemand scha-*  
*den zugefüget/mit dem Feurer vom Leben zum Tode gerichtet wer-*  
*den soll: rationem subjicit elegantissimam istam:*  
Quod ignis supplicium statutum in magos [Sortilegos]  
principaliter ob pacitionem, quam cum dæmone habent. Ita  
n. Scabios Lips. ad Consult. Præfati in Sibichenstein/ *M. Sept.*  
*A. 1594. pronunciâsse. Et M. Aug. A. 1609. puellæ cuidam 16. an-*  
*nos nõdũ egressæ, quæ ad persuasionẽ sceleratissimæ matris ma-*  
*leficæ, à teneris statim, nim. anno ætatis 10. & 6. Mens. se Dia-*  
*bolo, in forma venusti Juvenis comparenti, accepto arrhæ loco*  
*talero, Deum abnegando devoverat, & postea ultra sexenniũ*  
*cum Dæmone, non solum nefandissimã ejus libidine sæpius*  
*utendo, sed & synagogas diabolicas visitando, commercium*  
*habuerat, nullo tamẽ damno dato, ignis supplicium simpli-*  
*citer Scabios Jenenses imposuisse, his verbis: Das Sie*  
*wegen Vergessung Ihres Christlichen Glaubens/*  
*und das Sie mit dem Teuffel Verbündnuß auffge-*  
*richtet / umbgangen und zu schaffen gehabt / Auch*  
*alle Walpertsstage die Tånze besucht/Mit dem Feuz-*  
*er von Leben zum Tode zu richten/testatur Petr Theod.*  
Coll.

*Coll. crim. disp. 7. t. h. 6. lit. e. circ. fin.* Licet hoc durum videatur  
Math. Coler. *decis: 180. n. 7. & 8.* argumento desumpto ex Const.  
crim. Carol. *art. 109.* quæ istam pœnam restringere videtur ad e-  
um casum saltẽm, ubi hominibus nocitum fuerit, his verbis:  
**Wo aber iemand Zauberen gebraucht / und damit  
Niemand geschadet hett / soll sonst gestrafft werden  
nach gelegenheit der Sachen / darinnen die Brthei-  
ler Raths gebrauchen sollen.** Ad quod Colero respon-  
dendum erit, duram non videri posse pœnam, si delicti inspi-  
ciamus atrocitatem & gravitatem, quæ tanta est, ut sola illa pa-  
ctio, quæ Sortilegi abnegato suo Creatore Deo, perditori suo  
Diabolo se mancipant, facillè omnia alia superet crimina. Imò  
concurrunt alia quoque crimina ut plurimum, utpote, Apostasia,  
Idololatria, Blasphemia, & læpistimie libido Diabolica ne fan-  
dissima, quæ singula in capitalia abeunt delicta. Nec illud  
contra mentem Constitutionis est, quia hæc, dum pro quanti-  
tate & qualitate facti pœnam irrogari vult eo casu, quo nullũ  
damnum datum fuerit, omninò lanè & hæc circumstantias,  
an nim. pactum cum diabolo inierint Sage Christi fidem abne-  
gando, & an simul Venere nefandã cum dæmone usæ fuerint,  
aut aliàs commercii quid cum eo habuerint; attendendas præ-  
cipit. Theod. *d. l. v. nec huic sententiæ obstat. & c.* Nec denique in  
dubio casu, qualis in hæc Constit. videtur esse, respuendæ erũt  
Dd. interpretationes. Binsfend. *in l. 6. C. d. M. & M.* Matth. Steph.  
*in not. ad d. art. 109* Dn. Carpz. *d. q. 49. n. 27.* placet, ista verba Const.  
crim. intelligenda esse de artibus magicis, quæ exercentur citra  
abnegationem Divinæ Majestatis & pactiõnem cum Diabolo  
expressam, & quibus hoc etiam in casu aliquid effectum non  
fuerit. Prolixius de ista quæst. differentem vid. Theod. *d. l. v.*  
*Exinde igitur queritur: Num Sage & c.* Nec attento II. an  
Sortilegi propter paupertatem & multitudinem liberorum Di-  
abolo se manciparint. Aliam n. habent viam, quæ se suosque  
sustentare possint. Habent laborem & quæstus alios hone-  
stos, quibus alimenta sibi suisque parare & in subsidium men-  
dicare

dicare queant. Numerum liberorum si prætendant, habent  
remedium l. 1. § 2. C. d. patrib. qui filios distinx. Imò nec probatu  
quod paupertas aliquem à delictis excuset. Berlich. d. p. 4. Concl.  
5. n. 58. Nec III. Simplicitas attendenda erit, cui in istis crimi-  
nibus non parcitur, quia & Sortilegia, licet facta fuerint bono  
Zelo & ad bonum effectum, puta ad inveniendas res Ecclesiæ  
forto ablatas, puniuntur, per Alexandr. III. Pontif. cap. 2. X. d.  
Sortil. ibi: Verum licet hoc ex bono Zelo & simplicitate se fecisse pro-  
ponat, id tamen gravissimum fuit, & non modicam inde maculam  
peccati contraxit. vid. Ghirl. q. 11. n. 8. v. & nota.

e) Videtur hoc etiam admodum durum esse, præter aliquem  
textum expressum statuere, quod Sage cum Diabolo, non præ-  
cedente pacto aliquo expresso, concumbentes, æque igne puni-  
endæ sint, ac illæ, quæ expressâ conventionem se illi mancipa-  
runt. Dubitandum tamen haud erit, quin implicite, si non ex-  
pressis verbis, iste casus in d. Const. 2. p. 4. Const. El. Aug. compre-  
hensus sit, sub verbis ümgehet oder zu schaffen hat, quibus verbis  
concupitum vel Sodomiam Sâranicam intelligi, nemo facile  
negaverit, inquit Dn. Carpz. p. 1. q. 49. n. 47. Juvare expositionem  
istam videtur, quod in communi usu loquendi dicitur, der oder  
jener hat mit dieser oder jener zu schaffen gehabt / ubi commixtio  
carnalis & illicita intelligitur. Habent & cogunt q. hujus-  
modi explicationem graviore alicuius rationis, quas habet Dn.  
Carpz. d. 949. n. 45. & 46. & in Pr. sua. Forensi. p. 4. Const. 2. def. 3. Unâ  
desumptâ à minori ad majus: Si nim. igne concremandi sunt  
ij, qui cum brutis Sodomiam exercuerint, per Ord. Crim. art.  
116. ibi: So ein Mensch mit einem Vieh unkeuschheit  
treibet / der soll gemeiner gewohnheit nach mit dem  
Feuer vom Leben zum Todte gerichtet werden:  
multo magis ij, qui cum Diabolo nefandissimam libidinem ex-  
ercuerint, utpotè quæ foedior longe est & detestabilior. Altera,  
quod per concubitum ejusmodi Sage facto non minus ac verbis  
expressis Diabolo se mancipent. Commiscendo n. sese cum  
Spiritu immundo, corpora sua & membra, quæ vasa sunt Spi-  
ritus

tus Sancti, daemone subijciunt, & sic fide Christiana prorsus se-  
posita per commixtionem cum Diabolo una quasi caro fiunt.  
Istam etiam Sent. Scabinis Lipsi. jamdudum placuisse, testa-  
tur laudatus sapius Dn. Carpzov. d. 9. 49. n. 48. & ad  
consultationem Quaestoris in Lauchstadt M. Febr. A. 1604.  
pronunciasse his verbis: Do nun die Gefangene uff  
Ihrer gethanen bekantnis Vor gericht freywillig verharret / oder  
des sonst wie recht überwiesen wuere / so moechte sie von wegen  
solcher mit dem Teufel gehabten gemeinschafft / auch begangner  
und bekandter unmenschlicher unzuht / mit dem Feuer vom le-  
ben zum todte gebracht werden. B. R. B.

(f) Illa enim a Seren. Const. El. Aug. p. 4. c. 2 in pr. v. So ier-  
mand: ipsis expressissimis his verbis constituta est poena, mit  
dem feuer Vom leben zum todte gericht & und gestrafft werden  
soll, Etiam Jure Sax. Commun. lib. 2. Landrecht. art. 13. Welcher  
Christen Man oder Weib ungläubig ist, etc. die soll man auff et-  
ner hörden brennen. Et in Ord. Crim. Carol. art. 109. So iemand  
den leuten durch zauberer schandē / oder narheit zufüget / soll man  
straffen von leben zum todte / und man soll solche straffe mit dem  
feuer thun. Licet hic textus videatur requirere semper, ut dam-  
num datum fuerit, tamen de eo casu etiam, ubi damnum non  
datum fuerit, eum accipiendum esse, facile quis intelligit, si illa  
quae sub lit. d. dicta fuere, perpendat, & allegatos ibi autores in-  
spiciat, etiam Dn. Carpz. d. 9. 49. n. 7. conjungat. Illud vero hic in  
quæst. venit, annon poena ista mitigari possit Sortilegis ob in-  
plorum poenitentiam; Si nimirum post foedus enim diabolo  
initum, poenitentiam agant, contractuique renuncient, & ad  
DEUM se convertant? Primo intuitu videtur dicendum esse,  
nullo modo operari posse poenitentiam illud, ut poenam ordi-  
nariam effugiat reus. Alias enim quilibet cujuslibet criminis  
accusatus ad minimum ordinariam effugere posset poenam, &  
nullus tam insanæ foret mentis, qui non eo modo atrocioram  
vitaret poenam. Alij distinguunt, de quibus vid. Berlich. d. concl.  
5. n. 73. & seqq. Inter dissentientes Dd. maxime il-  
la arripienda erit Sententia, quae approbata & præjudiciis fir-  
mata



mata, quam habet Dn Carpz. d. q. 49. n. 72. & seqq. ubi distinguit: An magi & venefici jã accusati, à Judice præventi, maleficiũ fateantur & pœnitentiã agant; & hoc casu nec pœnã mitigandam nec remittendam, sed maleficos præcise pœna igne puniendos esse; An vero nec accusati, nec à Judice præventi à maleficio desistant, pœniteant, & fidem Obristianam recipiant: Tunc pœnam ordinariam mitigari, in ejusque locum mitiorem, nempe gladii substitui posse. Rationes vid. allegato loco, quas brevitatis causa omittemus, & saltem Sententiæ Scabin. Lips. verba, quæ ibi n. 79. habentur, recensebimus: Sie hette aber Stieder dem gehaltenen tanz in der Walburgs Nacht des 89. Jahres Ihren hühlen Strauß genand/ abgeschaffet/ demselben endsaget/ und sich zu Gott wieder befehret/ so bleibet Sie mit der Ordentlichen straffe des feuers verschonet. Sie wird aber gleichwohl von wegen Ihrer Verbrechung mit dem Schwerd von Leben zum Todte billich gestrafft. B. R. W. Limitationes affert Berlich. d. l. n. 79. & seqq. quæ ibidem videri poterunt.

Thes. X.

Constitutio Elector. Sortilegos citra pactionem cum Diabolo in duas dividit classes. Una est illorum a), qui damni quid b) quocunque modo c) etiam alterius nomine d) dederint. Altera eorum, e) qui arte Diabolicã divinare conantur, f) vel cum Diabolo in Chrystallo aut aliter colloquia miscent, g) vel commercii quid habent, vel eum de præteritis & futuris rebus consulunt h); Utrique a) pœnam gladii i) imponit.

a) Vel illarum, cum æq; hic, ut supra th. præcedenti lit b. non distinguendum sit, inter mares & fœminas, quod pluribus ibi probatum fuit. Æque n. fœminæ artibus Diabolicis noxam inferunt; quod ex ipsorum confessionibus passim factis, constat nimium satis. Nec in questionem venit hic, an reverã ipsa fœminæ vel mares aliquid damni dent, an v. ipse Diabolus illud efficiat, & sortilegi sibi saltẽm imaginentur, se hoc vel illud fecisse. Id quidem concedendum, quod verbis, imprecationibus, alijs, jart. b. supersticiosis, quib. utuntur Sortilegi, Sortilegæ, nulla

operatio per se sit attribuenda, & quod quaedam facere sibi imaginetur, quae nullo modo ab eis fieri possunt, sed soli Deo competunt, fatendum cum Balduin. lib. 3. cap. 5. cas. 13. obj. 2. v. verum enim vero: tamen permittente Deo negari non potest, ut loquitur idem Balduin: Diabolum vel ex causis naturalibus, vel etiam praeter Naturam, subito aliquid producere, quae in re sagarum utitur opera, quae licet suis laboribus in vanum se macerent, nihilque prorsus sua arte efficere possint, pro duplici tamen crimine poena digni sunt severissima, partim quod Diabolo inserviunt, & in gratia ejus suis gestibus & verbis utuntur, partim quod voluntatem nocendi habent, licet ipsae nocere non possint, ubi voluntas pro facto habetur & recte punitur. Nam perinde est coram Deo, siue hominem actu occideris, siue insidias vitae struxeris, cum destinato proposito occidendi, si consilium in actum deducere posses. Haec magnus ille Theologus. Provocat & hic D. Carpz. d. p. 1. q. 48. n. 62. ad doctrinam Theologorum, docentium, Diabolo in primo lapsu vires nocendi sic ademptas & cohibitas esse, ut, nisi accedat nova aliqua voluntas, siue consensus malefici, non possit inferre noxiam. A poena non excusari maleficos maleficasque, illud etiam facit, quod in gravioribus delictis voluntas, non exitus, spectetur, l. Divus 14. D. ad L. Corn. d. Sic. vid. Harpprecht. ad §. item Lex Cornelia §. n. 261. Instit. d. P. Jud. Bachov. ad Trentl. vol. 2. disp. 32. t. h. 1. lit. H.

67 Sive damnum illud magnum fuerit siue exiguum. quod expresse sancitum. l. Const. 2. §. Da aber außserhalb. ibi: Derselbe sey groß oder geringe. Berlich. d. p. 4. conclus. 5. Comprobatur & sententia Scabin. Lips. data Quæstori in Lichtenstein M. Jun. A. 1593 Hat gefangene inquisitin befand und gestanden/das Sie nachfolgende wort/ (Wer mich schießt / den schieße ich wieder) in aller Teuffel Nahmen gesprochen / und zugleich Sand uffgehoben/denselbigen ins Teuffels nahmen hingeworffen/und dadurch George Herteln und seine Weibe Ihre Kranckheit zugefügt und beygebracht. Da

Da Ihr euch nun allbereit erkundiget hettet / Oder  
nochmahls erkundigen würdet / Das gedachter Her-  
tel und sein Weib durch Zauberey an Ihrer Ge-  
sundheit Schaden genommen / und die gefangene  
Würde uff Ihrem Bekändniß vor Gerichte frey-  
willig verharren / oder des sonstn wie recht über-  
wiesen / So möchte sie von wegen solcher begange-  
nen und bekanten Zauberey mit dem Schwerdt vñ  
Leben zum Tode gestrafft werden. B. R. W.

Illud tamen controversia hic non caret, an poena ista etiã lo-  
cum habeat, si damnum non hominibus, sed brutis animalibus  
datum fuerit? Aff. idem Berlich. alleg. l. n. 51. maximè ob  
generalitatem hujus Constit. qua generaliter ita concepta: So  
aber außerhalb solcher Verbündnissen jemand mit Zauberey  
Schaden thut / itaque & generaliter accipienda erit. Plures  
habet rationes Dn. Carpz. d. q. 50. n. 25. & seq. quo brevitatis cau-  
sa lectorem benevolum remittimus.

c] Sive per artem maleficam, utpote nefariis carminibus, di-  
ris imprecationibus, immundorum spirituum immisione &c.  
de quibus superius *ib.* 7. fusiùs dictum: Sive per amatoria m,  
utpote per varia medicamenta, pocula amatoria, quibus ac-  
ceptis insaniam pro amore imbiberunt quidam, ut *ib.* 6. dictũ  
pluribus. Sive aliis quibuscunque modis, quos omnes recensere  
desperati laboris.

d] Utpote si quis utatur operã maleficorum ad dandum huic  
vel alteri inimico suo damnum. Ibi pari poena utrumque  
afficiendum esse statuunt Dd. moti potissimum vulgatã illa Juris  
Regula. Quod is damnum det, qui jubet dare. *l. is qui damnum*  
*109. D. d. R. 7.* & qui facit per alium, est perindè ac faciat per se  
ipsum. *cap. qui facit. 72. d. R. 7. in 6.* & quod nihil interest, occi-  
dat quis, an causam mortis prabeat *l. nihil interest. 15. D. ad L.*  
*Corn. d. Sic.* Sicut & in simili pari poena assassinum puniri do-  
cet Harpprecht. *ad §. item lex Corn. 5. n. 264 & 265.* & Dn. Carpz.  
*d. p. 1. q. 4. n. 9. & seqq.* Exemplum refert allegatus Dn. Carpz. *q.*

50. 22. quod accidit in Lusatia, ubi foeminae binae nobiles abduxerant certam mercedem veneticam quandam, quae H. A. Baroni à P. artibus & praestigiis suis magicis acerbissimos dolores ac cruciatus, permissu Dei, procuraverat. Illae v. foeminae vel ulciscendi animo, quod debitum à d. Barone consequi non poterant, vel pecuniae extorquendae causa hoc fecerant. Sententia v. à Scabin. Lips. ad consult. H. A. à P. M. Jun. A. 1622. dictata fuit his verbis: Ob nu wohl der andern Verbrechen wegen keine erkundigung bey den alten Vorhanden / Die weilmä aber dennoch der Zauberey gewiß ist / das Sie durch eine öffentliche Here / die sie mit Gelde darzu gemietet / E. Gn. quelen und Schaden zu fügen lassen etc. Als mögen beyde Schwestern A. M. und E. von B. von wegen ihrer Verbrechenung / wofern Sie uff solchen Ihren gethanen Bekänntniß vor öffentlichen gehegten Meinlichen Halsgericht freywillig verharren / Oder deß sonst wie recht überwiesen würden / Mit dem Schwerdt von Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden / B. R. B.

e) Neque hic admittimus ullam distinctionem, an mares an foeminae, an Clerici an Laici sint, an propter paupertatem vel multitudinē liberorū quid fecerint, vel nō; an ex simplicitate & ignorantia quadam, magicas artes didicerint & professi fuerint; imō nec aetatis aliquam videtur admittere differentiam ext. generalis Lev. 20. 27. & Const. Elect. Aug. 2. p. 4. s. fin. Ibi: Das auch die so sich unterstehen &c. vid. Berlich. p. 4. Concl. s. n. 54. in fin. & seqq.

f) vide, quae supra th. 5. de specie Sortilegij Divinatoriā dicta sunt. Hic non immeritō apponimus verba B. D. Mart. Lutheri, ad c. 37. Gen: Diabolus, inquit, callidissimus est, & omnes deliberationes Regum, Sapientum, Jctorum, Theologorum exactissime tenet. Hoc unico excepto, qualis sit fides mea & spes in Deum, Wie Ich mit Gott dran bin, quia fides & Ver-

• Verbum Dei est ei caligo & nubes, in quam non potest penetrare luce sua. Id quod ipsemet ostendit per chrystalla & specula Mercurialia, in quibus monstrat civitatem aut personam aliquam, sed obscuram tætamque nebulâ & pluviâ, qua fit ut non possint agnosci nec cerni perspicuè, quid ibi fiat. &c. Illud hic monet Dn. Carpz. q. 90. n. 42. non referre, an magi & arioli ope & consilio Dæmonis adjuti hoc casu vera prædixerint, & verbis effectus corresponderit, nec ne; semper n. pœnam hancce incurrere, ob colloquia & familiaritatem detestandam, nefandamque, quam cum Diabolo habent.

g) Hic omisis alijs brevitatis gratia allegabitus verba sententia, quam dederunt Scab. Lips. ad Consult. Senatus in Staden M. Nov. A 1586. Hat H. K. befand / das er etlichen Leuten zugesagt durch seine Kunst verlohrene Dinge wieder zu verschaffen / Und das Er ohngefehr vor 3. Jahren einen Geist mit Nahmen Sibille / uff einẽ Frentag Abend 3. mahl nacheinander geladen / welcher auch jedes mal als ein klein kind in menschlicher gestalt / in weiß grauen langen kledern / mit einen selzamen wunderbarlichen Angesichte / und krummẽ langen Nasen / uff den Haupt lange dornsträuche in gestalt einer krone habend / erschienen / und Er aber in den ersten zweyen mahlen nichts erfragen können / wie Er Ihn aber zum drittenmahl geladen / und bey dem Gehorsam / damit er der Obersten der Teufel Belzebub Verwandet beschworen / sen er erschienen / und als er Ihn willkommen heissen auch nachmahls in Vorgemeldten Nahmen beschworen / das er ihm anzeigen solte / an welchen Orten im Haus der Verborgene Schatz Verhanden / und wormit Er dem selben bekommen könnte / hette ihm daruff der kleine erschienene Geist Sibille mit subtiler stimme geantwortet: Er solte nehmen gewenhet wachs / daselbe mit Benrauch und Myrrhen Vermischen / daraus ein licht machen / solches anzünden / und einer kleinen unbefleckten Dirnen in die hand geben / das Sie damit in haus rumb gienge /

an

an welchem Orte nu das licht verleschen werde/daselbst were das  
selbe geld und der Verborgene Schatz Verhanden. Wie Er sol-  
ches von dem Geist gehöret/hette Er Jhn gebeten/ das Er in  
den Frieden/mit welchen er kommen/wieder von Jhm scheiden  
solte/wie den geschehen und er da rauff die kunst gebrauchet/und  
einen thaler wehrt davor empfangen/mehr hette er nicht gethan  
Er hette aber ein glas zu Amsterdam/das hiesse das Biolen glas  
wen Er das hette/so wolle er alle böse darin laden etc. Da nun  
der gefangene uff solchen seinen bekantnuß vor Gerichte freywil-  
lig verharren/oder wie recht des sonst überwiesen würde/so möch-  
te er von wegen solcher begangenen und bekandten Mißhandlung  
mit den schwerd von leben zum todte gebracht werden. B. R.  
M.

(b) Quae omnia expressissimis verbis comprehensa sunt  
d. const. 2. §. ult. Desß gleichen ordnen und constituirten wier/ das  
auch die so sich unter stehen/aus des teuffels kunst wahr zu sagen  
oder mit dem teuffel durch Chrystallen oder in ander weg ge-  
spräch oder dergleichen gemeinschaft zu halten/und sich von Jhm  
geschehener oder zukünfftiger dinge bericht und erforschung zu  
erholen ec.

(i) Dicta nim. Constit. 2. p. 4. & quidem §. da aber auffer-  
halb &c. ibi: mit dem schwerd gestrafft werden/ §. fin. ib. mit dem  
schwerd vom leben sollen gerichtet und gestrafft werden. Con-  
venit cum Jure Sax. hic Jus Divinum, cujus textus vid. alleg. 1b. 8.  
sub. lit. a. Jus etiam Civil. l. nemo §. C. d. M & M. Nemo Aruspicum  
consultat aut Mathematicum, nemo Ariolum. Augurum & vatum  
prava confessio conticescat. Chaldaei ac magi & ceteri, quos malefi-  
cos ob facinorum multitudinem vulgus appellat, nec ad hanc par-  
tem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo divinandi curiosi-  
tas. Etenim supplicio capitis ferietur, gladio ultore prostratus, qui  
cumque iussis nostris obsequium denegaverit.

THI,

Præter hos (a) Cantur & Sortilegi, qui solum superstitioni  
remedijs (b) vel morbos superphysicos curant, vel maleficia & fa-  
cinaciones depellunt & impediunt, (c) quandoque etiam res  
furto amissas recuperant, fures indicant, & alia superstitione  
agunt (d) qui arbitraria plectentur poenâ. [e]

(a) Erumeratos *ib. preced. 9. & 10.* qui diabolo sc. vel ex-  
presso pacto se manciparunt, vel præter illam conventionem da-  
mni quid dederunt suis diabolicis antibus, vel vivinarunt, vel cū  
dæmone collucati fuerunt &c.

(b) De quibus Dn. Carpz. *q. 50. n. 49.* utputa. *einchari-*  
*bur, imagunculis, sigillis, ligaturis, chrystallis, speculis, cribro,*  
*wenn sie das Sieb lauffen lassen / scypho, conceptis verbis igno-*  
*tis, quibus sapissime immiscetur nomen S. S. Trinitatis & bene-*  
*dictione divina, wã d. esflugen Frauen d. Segensprechen / amylois*  
*superstitiosis de collo suspensis. Suspenso etiam de collo Evan-*  
*gelio S. Johannis, quo febres curari credunt; prunis item in a-*  
*quam projectis secundum artem. werffen ghiende Kohlen / pu-*  
*tant sanari posse illos, quibus mala lingua nocuerit (über die ei-*  
*ne böse zunge kommen / oder die beschrien worden.) binis culmis*  
*zwo strohelnner forma crucis sub vasi in quo butyrum conficiunt*  
*vel solea ferrea equi forte fortuna reperta, ein ohngesehr ge-*  
*funden huffen son / po Geie, imaginantur sibi anicula, perivadēt-*  
*que juvenulis non posse sagas nocere ipsis vel impedire con-*  
*fectionem butyri. Alia etiam sapissime adhibent superstitione*  
*remedia, quæ enumerare nefas & impium plane; maximè si il-*  
*lis utuntur, quibus resistere conantur sagis lac vaccis, adimen-*  
*tibus. Plura alia hujusmodi qui desiderat, adeat aniculas modo*  
*& cognoscat ex iis plurima.*

[c] De curatione hujusmodi Sortilega & superstitione hic  
iterum audiendus Ghirl. qui *q. 2. n. 4. inquit.* Nec putes quod  
curationes hujusmodi fieri soleant absque scientia maleficæ

artis & demonis instructione, quia malefica illa pollutiones  
destrui non solent, nisi per ejusdem artis magistros, vel per dia-  
bolice professionis probe instructos, aut quoquo modo partici-  
pes: quoniam maleficia ipsa absque demonis ministerio atque  
suffragio tam rebus ipsis quam vobis communiter inferi non  
solent in corporibus, pariter nec tolli. *ut supra lib. 7. lit. q. dictum.*  
Item: Medicina naturali omniumque Physicorum & chirurgo-  
rum ars tota non sufficeret ad sanandum corpora ipsa, & remo-  
vendum dictas pollutiones, que demonis ingenio in ejusmo-  
di corpore fuerunt inserte. Eadem igitur artis peritia & suffra-  
gio equum est, tollantur *arg. l. 35. D. d. R. I.* Hic tamen cum  
Berlich. *con. 5. n. 71.* & Dn. Carpz. *q. 50. n. 48.* distinguendum erit:  
an Sortilegus, qui curavit hujusmodi morbos, elata voce diabo-  
lum invocaverit, vel submissa voce in terram prostratus magi-  
strum parvum (ut vocat,) invocaverit, an vero ex mera superstitione hoc  
fecerit. Posteriori hoc casu poena plectendi erunt arbitraria.  
Circa priorem autem casum dissentire videntur duo illi Magni  
Juri, dum Berlich ignis, Dn. Carpz vero gladii poenam statuit.  
Sed facilis illorum erit conciliatio, si modo exaudiatur prior  
de colloquutione & invocatione diabolica, quae fit praevio pacto  
expresso; Posterior vero de illa, quae saltem tacitam praesuppo-  
nit conventionem. Assertionis suae duas Dn. Carpz. affert rati-  
ones: I. Quod hujusmodi Sortilegi cum demone commercium  
habeant, adeoque secundum Const. plector. *p. 4. c. 2. §. fin.*  
gladii poenam incurrant. II. Quod plane non liceat invocare  
demonis auxilium, nec pro mille corporum sanatione, cum  
minus detrimentum sit, quod pereant mille corpora, quam  
quod pereat una anima. Hosce autem Sortilegos a poenis li-  
berare conantur alii, potissimum eam ob rationem, quod in bo-  
num finem, nim ad salutem hominum hujusmodi curationes  
tendant. Itaque e re erit hoc expedire illam. *Q. An Incantatio-  
nibus & Magicis artibus ad bonum finem impune uti liceat?*  
*Disting. Ghisl. q. 6. n. 20. inter Jus Civ. & Canon. de Jure Civ. nul-  
lam constitutam invenire licet poenam, sed impune licebit Sor-  
tilegis*



Magis facere aliquod bonum opus per text. *L. 4. C. d. M. G. M.*  
ubi rescripsit Constantinus Imp. ad Bassū prefect. urbi in hac verba:  
Eorum est scientia punianda & severissimis merito legibus  
vinducanda, qui magicis accincti artibus, aut contra salutem  
hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse  
degerunt. Nullis vero criminacionibus implicanda erunt re-  
media humanis quaesita corporibus, aut in agrestibus locis in-  
nocenter adhibita suffragia, ne matris vindemijs metuerentur,  
imbres, aut ventis grandinisque lapidatione quaterentur: qui-  
bus non cuiusquam salus aut aestimatio laederetur, sed quorum  
proficerent actus, ne Divina munera & labores hominum ster-  
nerentur. Secus vero de Jure Canon. (cui hoc in negotio haud  
dubie standum esse monet Damhoud. *c. 61. n. 98* Idicendum, per  
text. *can. admonent 15. caus. 26. q. 7.* ubi Augustin. inquit: *Admo-  
nent sacerdotes fideles populos, ut noverint magicas artes, incan-  
tationesque quibuslibet firmitatibus hominum nihil non remedium  
posse conferre. Non animalibus languentibus claudicantibusque, vel  
etiam moribundis quicquam mederi: non ligaturis ossium vel her-  
barum cuiquam mortuum adhibere: Sed haec esse laque-  
os & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum  
decipere nititur. Et si quis haec exercuerit, Clericus degradetur, La-  
icus anathematizetur.* *Add. cap. ex tuarum 2. X. d. Sortil.* Jure Sax.  
quoniam infligenda poena sit hoc casu, intelligere licebit. ex  
modo adhibita distinctione, ubi inter Sortilegos, qui pravia  
diabolica invocatione, & inter illos qui ex mera superstitione  
aliquid faciunt, distinximus. De illius si loquamur poena, extra  
ordinaria sibi vindicabit locum, & testatur Heig *p. 2. q. 39. n. 74.*  
cuidam foeminae, pluvias & tempestates in bonum finem aver-  
tenti, poenam extraordinariam impositam fuisse. Et pertinet  
huc consultatio *Constr. Sax. tom. 2. p. 4. q. 7. n. 7. & seqq.* Diejenti-  
genaber/welche mit Segnen (wie sie es heißen) oder auch mit  
wahr sagen umgehen zu einem Guten Ende/als den Leuten und  
Viehe zu helfen und Rath zu schaffen/solten mit zeitlicher gefän-  
gnuß zu straffen seyn/ und darüber auch durch die Kirchendi-  
ner aus Gottes Wort billich unterricht werden/das solch segne

§

2

offer

afftergläubisch und der hontigen Bötelichen Schrifft wiederwertig/mir fleißiger Vermahnung und warnung/ da Sie davon nicht ablassen würden/ das Sie auff den fall einer härtern und größern straffe würden gewertig seyn müssen.

(d) Hujusmodi actiones superstitiosas ubi vis locorum tota ferme die offendere licet, maxime circa sollemnes festiuitates, ut vesperi ante feriam primam Natiuitatis Christi, & in totis illis duodecim, ut vocant, noctibus; vesperi ante feriam circumeisionis, ante diem Andree dicatam, uff den Andres Abend/ ubi ancilla quaedam [non dicam de ipsarum dominis virginibus, quæ eum illis eodem laborant morbo) S. Apostolum, media nocte iudæ, certa & singulari ad hoc maleficium, excogitata preceatione, adorant, ut sibi formam futuri conjugis conspicendam, sicut, & alijs noctibus diebusque, innumeras nefandas & diabolicas actiones audire liceat, quæ omnes h. i. recenseri non possunt. Jam modo ex Herman. Neuwalts ericht Von prob und erkandniß der heyen recensibimus subsequentes actiones superstitiosas apud Pontificios usitatas, utpote ipsorum Religioni cognatas. Inquit p. mibi. 46. Es schicket sich auch bey dieser Gewohnheit nicht übel diß folgende / so bey den Papisten gebräulich: Auff gewisse tage werffen Sie ein hölzern S. Peters bild ins wasser mit diesen worten: Will uns S. Peters bild in dieser vorstehenden Noth nicht verschaffen einen schönen lustigen Regen/ so gehees zu grunde &c. p. 61. Also schreibē sie/ wenn man ein wenig von Erden/ so von den ersten drehent sch aufseln wenn ein grab eines todten gemacht wird/ aufgehoben ist/ nehme/ lasse drüber eine Messe lesen/ und lege es unter die Kirchschwellen/ so könne keine heye aus der Kirche gehen. etc.

(e) Quæ arbitraria pœna non quidem aliqua expressa constitut. imponitur Sortilegis istis, ob duplicem autem ratione optime illa hic locum habere docet Dn, Carpz. ad q. 50. n. 50. & 51. Tum quod arbitraria pœna locum habeat in jure nostro ubi certa definita non est l. i. §. expilatores uero idcirco D. d. effractor. l. i. §. ait prator D. d. jur. delib. l. si. quis reum D. d. custod. & exhibe

deor. Tum quod Const. Crim. art. 109. poenæ indictionem pro  
qualitate delicti, iudicis arbitrio committat. Ibi: Sonst ges  
strafft werden nach gelegenheit der Sachen/darinnen die Br  
theiler Raths gebrauchen sollen.

THES. XII

Puniuntur etiam diversimode, consulentes Sortilegos, (a)  
Sortilegiis ad amorem conciliandum utentes, (b) amatasque  
personas in capro sibi adychi curantes. (c)

(a) Istitis cum non aliqua certa poena definita sit legibus  
arbitrariam infligendam esse nulli dubitamus, ob rationes  
preced. lit. d. adductas quibus accedit, quod si prohibite sint ar  
tes Magorum, æque prohibitum erit illas artes à magis accep  
tas praticare. Ita etiam jam olim praticatum fuisse, apparet ex  
consult. Constit. Sax. rom. 2. p. 4. q. 7. u. 10. Also und gleicher gestalt  
sey auch diejenigen straff bahr, so die Sortilegos und wahrsager,  
ungeacht das es zu einem guten Ende geschicht consuliren / und  
wiewohl drohen in personis ipsorum Sortilegorum & divinato  
rum nuhrend von straff der gefängniß meldung geschehen / so  
kõnte dennoch der fall wohl dernach sayen / das auch eine hartere  
straffe eam Sortilegis, quam ipsos consulentibus aufzulegen Ita  
& Scab. Lipsk. jam dudum ad consult. Johan. à Grossig M. Jan. A.  
1559. respondisse restatur. De Carp. 1. q. 50. n. 65. dieweil aus eu  
ern bericht zuersehen / das das sieden des Wachsenen Mannes  
niemand zu schaden fürgenommen / und die P. N. itzo nichts mehr  
Beschuldiget wird / den das sie das jenige / was darzu gebraucht /  
darzu geschickt / so wird Sie nach gelegenheit d. s. fals mit der  
Peinlichen frage und straffe billich verschonet / Aber von des we  
gen das Sie ihren eigenen bekänniß nach der altē B. 5. gr. gebē /  
das Sie eine kluge Frau fragen solte / ob Ihr Mann bey andern  
lege / und zu den wachsenen man das wachs gegebē / wird sie nach

gelegenheit d'ißfals mit zetlicher gefängnuß oder umb eine zim-  
liche geldbusse billich gestrafft **W. R. W.**

(b) Hic distinguendam erit, an Sortilegi habeant pa-  
enam expressam cum diabolo, & extra omnem positum erit  
controversiam, illos secundum Const. El. 2. p. 4. igne creman-  
dos esse: Aut absque fœdere cum diabolo inito solis incanta-  
mentis ad alterius amorē capessēdū utūtur. Et hoc casu diversi-  
mode sensisse Dd. diversimode etiā pronunciatū fuisse videmus.  
Clarus lib. 5. sent. §. heresis. n. 25. docet, si aliqua fœmiaa usa sit  
incantamentis, ut alicujus adolescentis amore potiretur, nō in-  
cidere in penam Sortilegorum. Et testatur, in facti contin-  
gentia absolutum fuisse quendam, qui fecerat Sortilegia ad  
amorem ejusdā mulieris conciliandum. Illi sequitur Co-  
ler. dec. 180. n. 13. Horum antesignanus videtur esse communis  
ille Sagarū Patronus Francif. Pōzinib. Zinib. tr. de lamiis. n. 63. Dan.  
Moller. ad Const. El. 2. p. 4. n. 5. pœnam arbitrariam statuit  
his imponendam esse. Scabinos etiā Lips pœnam quando-  
que virgarum cum perpetua relegatione, quandoque solam re-  
lelegationem, & quidem civitati Jure communi utenti dictas-  
se. Vid. ap. Berlich. d. Concl. 5. n. 64. Cum quo n. 65. concludimus,  
quod Sortilegi incantamentis propter alterius amorem absq;  
fœdere diaboli utentes, in secundum casum Constitutionis ca-  
dant, & tam in foro Saxonico, quam etiā in alijs locis gladio  
puniendi sint. Rationes *vid. ibid. n. 67.*

(c) Wenn eine Einen auff den bocke holen läßt Hic iterū  
cum Dd. distinguendum erit, an per ejusmodi vecturam no-  
citurum fuerit personis quæ vehebantur, vel non. Si nociturum  
non fuerit, fustigationem locum habere; Si vero damnum per  
hujusmodi vecturam inferatur, gladio delinquentes puniri de-  
bere secundum Const. El. 2. p. 4. §. da aber auffer halb docente  
Coler. d. decis. 180. n. ult. Berlich. d. p. 4. Concl. 5. n. 67. & Dn. Carpz.  
d. q. 50. n. 61.

jam

Jam'quidem aliquid subjiciendum foret de modo & forma  
procedendi in causa Sortilegorum, & de probationibus eorum  
dem. Sed ne disputatio in tractatum excurrat, filum abrum-  
pimus.

## GLORIA VIVIFICO SALVATORI



Imprimis adhibenda foret deinde & forma  
procedendi in eandem sortitionem & de probationibus eorum  
de quibus in tractatu excurat. Item forma  
l. 1. 2. 3.

GLORIA VIVIFICO SALVATORI



X 2615909

VDA









B.I.G.

Farbkarte #13

VERITATIS SPIRITU  
NTE  
O JURIDICA  
E

LEGIIS

am  
Nobilissimeque  
Facultatis,  
RESIDIO  
ni atque Consultissimi

S CICHORII,  
antiquior. Brandenburg.  
Electoral. Brandenburg.  
designati.

sui perpetuo honore pro-  
conabitur

IG STEIER, DRESO.

7Ctorum  
ERGÆ,  
Æ. M.DC.LIV.  
eridianis



IS HAKE

*R. Wolf*

35 44. \$.

1654

2/1  
8a  
19

